



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Dispvtatio III. De bono coniugij, illiusque ratificatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

32. Parochio autem, vel alteri Sacerdoti de eius licentia afflentri matrimonio omis illis culpabiliter denuntiationibus triennalis suspensio ab officioindi cenda est ex Texu in *cfr.* de clandes. depon. ibi *Suspendatur*, quod verbum non latet sententiam, sed ferendam indicat, ut aliis relatis probat. Sanch. disp. 48. num. 2. Gutier. c. 75. num. 13. Basil. lib. 5. cap. 37. n. 1.

33. Eandem penam extendit Sanch. quotiescumque interfuerit matrimonio à iure interdicto, quale est si vagos absque Ordinarii licentia coniugans, contemptive similes, coniunctiones impedit. Sed oppositum verius credonant Texus in *cfr.* r. tantum loquitur de matrimoniis, que ob suspicitionem impedimenti dirimenti interdicta sunt. Illud vero tenendum omnino est prae dictam penam suspensionis non incurere Parochum, vel alium Sacerdotem matrimonio afflentem absque sufficiente numero testium, quia non absit matrimonio cum nullum sit, sed loco suspensionis in dicto *cfr.* imposita arbitrio Ordinarii puniendus est, ut opinie aduentur. Sanch. Gutier. Basil. & Coninch. loc. alleg.

34. Ab hac autem triennali suspensione ab Episcopo imposta posse ipsum Episcopum absolvere docuerunt Hoc. Ioan. Andr. n. 11. Pr. 1. Bartholom. à Led. dub. 11. de matr. p. 6. concil. Tum quia Episcopus eam imponit, commone autem est censuram tollere posse qui eam imponeat. Tum quia non est referuata in *d. c. fin.* A censuris autem non referuatis potest Episcopus absoluere ex Texu in *cfr.* de sicut excommunicante. Tum denique quia ita Trident. *efs.* 14. 6. de reform. conceditur Episcopis potestas, ut ab omnibus censuris etiam referuatis summo Ponifici possint absolvere in suo confidencie. Sed rectius alii Doctores hanc potestationem Episcopis denegant, vt pluribus compromant Sanch. lib. 3. disp. 15. n. 2. Gutier. c. 75. n. 2. Basil. Ponce. lib. 5. c. 37. n. 11. eo quod illa suspensione triennalis a Concilio generali lata sit, ac ponende ab ipso Concilio praesinitum est tempus, quo suspensio durare debet. Neque ergo Episcopus qui inferior est legem à Superiori latram relaxare. Secus vero est in censuris solo determinato tempore praesintis, in quibus Episcopus diligenter poterit, quia nihil contra Superioris legem agit, cum Superior solam tulerit censuram, non autem declarauit tempus, quo deberet ligare. Et ex his solutur ratio dubitandi: non enim ab Episcopo lata est triennalis suspensio, tanquam a principali, sed tanquam à ministro Concilii generalis, id est neque eam relaxare, neque in omnibus censuris potest dispensare eriam stante Trident. concessione, sed solum in his, nec nec publica fuerint, neque ad forum exercerius deductas, et haec triennalis suspensio cum non incuratur ipso modo sed per sententiam Iudicis, iam est censura publica, ad funemque exterrum deducta.

35. Vener. si Parochus, vel alius Sacerdos sine legitimitate matrimonio non sibi subditorum assisteret, aut ipsi sacerdos beneficere ausus fuerit, tam diu suspensio est ab officio, & beneficiis quoque Ordinario illius. Sanch. qui debet assistere virum fuerit, ut exprestus habetur in dicto de Trident. Et tradidit Sanch. Gutier. & Coninch. suprà. Aqua suspensione excusat ignorantia modi crassissima non sit, ut bene Sanch. num. 7. Gutier. num. 10. Testes vero assisteres matrimonio absque Parochio, ut afflentes matrimonio in quo denuntiationes fuerint culpabiliter omis illa arbitrio Ordinarii puniendi sunt, ut bene tradidit Sanch. disp. 4. 6. n. 7. Gutier. cap. 75. num. 9.

DISPUTATIO III.

De unitate Matrimonij, illiusque ratione.

ONIVGIVM plura secum afferit bona, de quibus S. August. liberum edidit, cuius titulus est de bono coniugij, ea tamen sub iis capitibus comprehenduntur, quod si vnum non plura, illudque infelicitate, aptum ad sobolem dignandam, concupiscentiam sedandam, patiens obligationem coenit, sicutque habitandi. De quibus omnibus signifatim dicimus, ut tandem qualiter matrimonium, quod a principio irrum, & nullum factum est, ratificari possit.

PUNCTVM I.

De unitate Matrimonij.

1. Unitati matrimonij non obstat, quod dissoluto vinculo per mortem aliud contrahatur.

2. Unitati matrimonij obstat pluralitas vxorum.

3. Ilicetum fuit à principio plures habere vxores, tametsi in lege antiqua fuerit dispensatum.
4. Qualiter hæc dispensatio subsistere potuit?
5. Legi Evangelica abrogata est concessio pluriuum vxorum.

1. Vnitati matrimonij non obstat, quod dissoluto vinculo matrimonij contrahatur quia ille contractus est vnius cum una, verumque habet illud Genes. 2. Erunt duo in carne una, sicut pluribus exomnibus aduersus aliquos haereticos Bellarm. lib. 1. de mar. c. 9. Sanch. lib. 7. disp. 8. & Coninch. disp. 1. 6. dub. 1. n. 2. Paul. Laym. lib. 5. sum. tract. 10. 3. p. c. 6. q. 2. Neque his obstat quod secundum nuptiis denegentur benedictiones, non enim denegantur, quia illæ sunt, sed ne reperiret benedictiones viles cant. Neque item obstat quod in Concil. Laodiceno, can. 1. imponatur penitentia ad secundas nuptias transiuntibus, quia hæc imponitur ob eorum præsumptam intemperantiam. Neque denique obstat, quod sic transtententes afficiantur irregularitate, ea namque afflictiora, quia eorum matrimonium deficit à perfecta significacione coniunctionis Christi cum Ecclesia. Quare unitati matrimonij solùm obstat, si vir vnu plures vxores simul habeat, & à fortiori si viua vxor plures viros.

2. Et licet aliqui haeretici licitam esse polygamiam plurium vxorum simili assertant: ac Catholica veritas definita in Trider. *efs.* 2. 4. can. 2. id non permitit, inquit enim Trider. Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere vxores, & hoc nulla Divina lege prohibitum, anathema sit. Quippe Christus D. minus Matth. 19. decidit adulterum, et, quod dimissa prima vxore aliam duxerit, non esset ad te, si viuente prima vxore plures ducere posset, sicut c. 1. Bellarm. lib. 1. de mar. c. 10. Gregor. de Valerio. disp. 10. generali de mar. c. 1. pun. 3. Sanch. lib. 7. disp. 8. & alij com- munier.

3. Quinimo ex Divina lege à priori mundo publicata illicetum fuit plures simul habere. Ut constat ex illo Geues. 2. Erunt duo in carne una. Sed enim vir plures habere simul vxores posset, non dum plures in una carne dividuntur, ut optimè colligatur innocentia. III. in c. gaudemus 8. de diuinitate. In qua lege cum Israëlitico populo dispensatum fuit, eo quod exigui erat, ut multiplicaretur. Ut supponitur Deuter. 21. Exempli sicutum ex dicto c. gaudemus, de diuinitate, tum c. 1. Exempli Isaac, Jacob, David, alijque sanctissimi Patria, sicut plures simul vxores habuerunt, quod nullatenus occurrerent, si aduersus legem Diuinam procederent, ut optime tradit Hieronym. in epist. ad Oceanum. Et August. lib. 3. de doctrina Christiana. c. 12. & habetur c. obituarium. 32. 14. Neque his obstat, quod sola vna appelletur vxor, reliqua vero concubini dicantur, quia ad factum est, vindicare ut primam assumptam esse tum ad prolis generationem, tum in familia gubernationem, reliquas vero solùm ad prolem generandam. Praterquam quod sapientia concubina vxores appellabantur, ut constat ex illo Genes. 1. 6. & 2. 5. n. 1. & 6. 8. & ludic. 19. vbi vna vxor Leuit. concubina dicta est. Exemplo igitur Israëlitici podiū genit'les plures accipiabant: vxores, non quia cum illis esset dispensatum, sed quia licetum sibi esse creditabant ob Israëlitici populi exemplum, ut colligatur ex c. 2. 6. & 2. 8. Gen. & notavi August. lib. 16. de cinit. c. 3. 8. & lib. 22. contra Faustum. c. 47. de quo Couaruu. 2. p. decr. c. 7. §. 3. à n. 1. Sanch. lib. 7. disp. 8. a. n. 1.

4. Difficilis autem est, Qualiter hæc dispensatio potuit subsistere? Nam esto aliqui Doctores, ut Abulensi. Reg. cap. 8. q. 2. Durand. in 3. diff. 3. q. 1. Palacios ibi. disp. 1. Caiet. c. 16. in Gen. lib. 1. ad Tim. 3. in illa verba: Oportet Episcopum esse vnuus viroris virum. Et Marc. 10. Quicunque dimiserit vxorem, Et. Venerum. 2. p. speci. art. 1. c. 5. censeant non naturali lege, sed tantum Diuinâ pluralitatem vxorum interdicti, quibus faciat August. lib. 16. de cinit. De c. 8. dum inquirat pluralitatem vxorum nulla lege fuisse prohibitam scilicet naturali: atamen communior sententia defendit non solùm Diuinâ lege, sed naturâ pluralitatem vxorum prohibetur, ut videatur est apud Couaruu. 2. p. c. 7. §. 3. Bellarm. lib. 1. de matr. c. 11. Henric. lib. 12. c. 6. Sanch. lib. 7. disp. 8. a. n. 12. Gutier. de matr. c. 106. n. 1. Coninch. disp. 2. 6. dub. 2. a. num. 13. Basil. Ponce. lib. 7. cap. 4. 6. à num. 2. Paul. Laym. lib. 5. tract. 10. 3. p. c. 6. q. 2. Gasp. Hurado. disp. 9. difficult. 1. n. 3. & alios: & colliguntur ex c. gaudemus de diuinitate, ibi: Nemini unquam licuit plures habere vxores, nisi cum fuit ex Diuina revelatione concessum. Quippe pluralitas vxorum libidinem foverit, ut de se constat proli's generationem minuit sapientia, ut contigit in Salomonem, concupiscentia vxoris non sati consolit, cum vir in alias diuisus mōnis potens sit debitum reddere, sociali cohabitationem labefactat: non enim integrè cum viro domina, & gubernatrix familie constituit, rixas, discordiasq; inter vxores excitat, tum ob zelotypiam amoris, tum quia quilibet prætenderet dominus gubernationem integrè sibi deberi: tollit aequalitatem huius contractus; siquidem quilibet vxor integrè se tradit viro, secundus vit

cum in plures dividatur. Econtra viri integrè familiam gubernat, secus vxor, quæ omnia ostendunt naturali iuri, & legi pluralitatem vxorum aduersari. Quo supposito,

Omisus alii dicendi modis placet mihi quem tradit Sanchez Aegid. Basil. Hurtado, Paul. Layman. loc. alleg. videlicet Deum ipsum penes quem nostrorum corporum est dominium non aliter potestate corporum ad vium generationis concessisse, nisi medio coniugio vnius cum vna ob supradicta inconvenientia: ac ob fauorem Israëlici populi de quo nasciturus erat permisile, ut vir se dimidiatè cuilibet vxori traduceret, cum tamen vxor viro integrè tradita sit. Neque enim rationi naturali aduersatur ob aliquem honestum finem periculis aliquorum damporum permittere. Si enim Deus occisionem innocentis, & bonorum alienorum acceptioem concedere potest ob aliquos honestos fines: quia tum nostrorum bonorum, tum vita dominus est, quare non poterit vium corporum in matrimonium hoc vel illo modo concedere? Quâ concessione factâ omnis inordinatus celata. Ex quo fit nos solum potuisse Deum concedere matrimonium vnius viri cum pluribus vxoribus, sed plurium vxorum cum uno viro, ut bene comprobant Sanch. Coninch. Basil. Hurtado & Laym. supra, tametsi hoc nunquam conceperit.

5. Illud vero est certum à lege Euangelica concessionem plurium vxorum celata, ut constat ex illo Matth. 5. & 19. vbi Christus Dominus matrimonium redit ad primatum sui institutionem, & constat ex cap. gaudemus, de diuoro. Et ex id, l. 24. cap. 2. & diximus supra. Deinde est certum non solum Pontificem in hac vxorum pluralitate dispensare, cum inquit: olo si dominus nostrorum corporum, neque Christus concessit, hanc illi potestatem concessit, neque illa, huius dantur. Congruentia appetit, ut omnes Doctores tra-

V N C T V M I I.

De matrimonio indissolubilitate.

I.

Quale sit matrimonium legitimum, ratum, & consummatum; & quo viri sit indissolubile?

1. Quod sit matrimonium ratum, & consummatum, expeditur.
2. Copula extra bimestre, & etiam intra bimestre ut ex cap. 2. consummat matrimonium.
3. Si intra bimestre consummatum sit non impeditur à religionis ingressu.
4. In foro externo matrimonium censetur consummatum, quando sponsi non virgo traducuntur in dominum viri.
5. Matrimonium ratum vinculum est perpetuum, & indissolubile esse.
6. Quo iure habeat hanc insolubilitatem?

1. Cum matrimonium ratum ex pluribus causis dissolui possit, ut videbimus, & matrimonium consummatum si sacramentum sit sola morte conjugis disoluatur, praemittendum est quod sit matrimonium ratum, quod consummatum. Ratum matrimonium appellatum, quod baptismo subcepito legitimo contrahentium consenserit nulla carnali copula subsequitur. Dixi baptismo subcepito, nam ante baptismum, esto infidelium matrimonium dicatur legitimum, ratum tamen non appellatur, ut docuit Innoc. III. in quanto de diuortiis ibi: Nam et si matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum; inter fideles autem verum, & ratum exsistit matrimonium, quia sacramentum fidei, quod semel est admissum nunquam amittitur, sed ratum efficit coniugij sacramentum, ut iam in coniugibus illo durante perdureat. Et tradit Magist. in 4. a. 39. quast. vlt. Paludan. ibi q. 1. concl. 3. Richard. art. 1. quast. 2. Maior qu. st. unica. Ales. 4. part. quast. 9. memb. 5. art. 2. §. 1. quast. 2. ad argumenta Antonini. 3. part. iii. 1. cap. 6. & alii. Neque debuit esse ratum tantum ex eo quod vir vas femininum penetraverit, si tamen intra illud semen non effuderit, quia vix semen ibi effulsum sit, non efficiuntur coniuges vna ex uno, vt colligatur ex cap. lex. 27. quast. 2. quippe matrimonium ad generationem ordinatur, debet ergo consummari copula generationis apta, quia nullatenus est absque levitatione, ut pluribus firmat Sanch. d. disp. 21. n. 5. Gutier. t. 4. n. 24. Quapropter ut matrimonium consummatum sit, necessariò requiritur, & sufficit, ut vir intra vas femininum seminaverit, tamen si factum fuerit absque vas feminini penetracione. Etenim ea copula generationi sufficit, & coniuges una caro efficiuntur, ut ex communī sententia docet Sylvest. verbo Matrimonium, quast. 15. dicto 2. Dominic. Sot. in 4. d. 27. quast. 1. art. 4. verbo causa. Gregor. Lopez. leg. 5. verbo carnemente, ita 6. part. 4. Sanch. lib. 2. disp. 21. num. 2. Gutier. de matr.

cap. 54. num. 21. Neque ad hanc consummationem opus est, quod feminina seminaverit, nam est aliquid Doctores, qui meminit Sanch. d. disp. 21. num. 1. non improbabiliter afferant semen femininum generationi necessarium esse, & consequenter matrimonij consummationi, contrarium communi Doctorum sententia firmatum est, teste codem Sanch. & Gutier. loc. alleg. quibus fuerit Francisc. Suan. tom. 1. in 3. part. quast. 3. art. 1. disp. 19. sett. 1. affirmans ex sanguine a feminina ministrato generationem confici. Debet autem hanc copula matrimonium consummari subiectu eius contractum, non praecedere. Nam copula praecedens matrimonij contractum matrimonialis non est, sed fornicaria. Non igit consummatio matrimonialis potest, ut optimè probat Cozan. in 4. decret. 1. part. cap. 4. §. 1. num. 1. & 16. Menoch. de p. sump. lib. 3. pres. 1. Nauarr. cap. 21. n. 8. Sanch. disp. 21. n. 1. Gutier. cap. 54. num. 25. Neque oblatum, quod filii ex copula fornicaria natu subsequenti matrimonio legitimantur. Etiam, qui filii sine legitimi, quia id factum est in fauorem prolixi, quæ non deliquit.

2. Quæstio est, An sufficiat copula, ut vel meru extensa ad matrimonium consummandum sit. Et quidem si copula sit post bimeste datum ad delibrandum de religione ingresso, matrimonium consummari, ita ut neutri licet ad religionem transire, facient ferre omnes Doctores, ut refert Sanch. lib. 2. disp. 22. num. 1. Gutier. de matr. c. 54. n. 6. Quippe ex nullo capite impediri potest consummatio, maxime nella subiectu causa denegandi debitum peritum, sicut nula est transactio bimestri. At si copula intra bimeste et proterea, esti aliquibus videri possit insufficiens ad consummandum matrimonium, communis sententia contrarium curat. Sanch. & Gutier. loc. alleg. Et Coninch. disp. 26. dub. 1. n. 3. ex quod sufficientur vna caro, e. debitum de Bigamia, quæ accusatur non ad alienam, sed ad propriam, nautur ex talis copula affinitas, & discretionem de eo qui coronavit confundit. Negarique non potest ex parte viri sufficientem esse ad matrimonium consummandum, siquidem est liberè facta. At consummatio matrimonio ex parte viuis, necessariò ex parte viri, quoniam consummatum est, quia est vinculum vinculum relipies duo extrema.

3. Inde tamen inferunt Ioann. Andr. in reg. que contra de Regul. iur. in 6. Cardinal. in cap. 2. q. 2. de conu. coniug. Præpos. in cap. fin. 55. dis. Syluest. in sum. verbo diuortiorum, & ibi Armilla. n. 6. Gregor. Lop. in leg. 4. in fine titul. 1. part. 4. Gutier. c. 54. num. 28. & 29. vxorem non posse religionem ingredi, quia talis ingressus ante consummationem permisus erat, sed non matrimonio consummato. Recitus tamen sententia plures refert Sanch. dicta disp. 22. num. 6. & 13. Coninch. disp. 26. dub. 4. num. 1. posse religionem ingredi, sicut poterit ante consummationem, quia & quoniam non est, ut licet facilius à iure concessa de religionis ingressu abesse habet. priuatur. Argum. cap. discretionem ad finem de coquitione sanguinem. Addo ob adulterium, heresim, aliae crimina, sicut est coniux innocens religionem ingresso poterit ob hanc iniuriam, quæ matrimonio contraria est. Percedens tamen, si de diri potest, si dannum grave proli sequatur ex eius ingressu, ut notant prædicti Doctores. Sponas vero qui copulam vi ex istis nullo modo potest religionem intrare renuens sponas, & ex parte eius matrimonium liber consummatum est, ac proinde celis iuri ingrediendi, vicebe aduerdit Sanch. d. disp. 22. num. 1. & 8.

4. In foro autem externo matrimonium consummatum censetur, quando sponsa non virgo traducta est in dominum, præsumuntur enim se cognoscere, neque illis in contrarium creditur, iusti iurant. Argum. cap. discretionem ad finem de coquitione sanguinem. Adde ob adulterium, heresim, aliae crimina, sicut est coniux innocens religionem ingresso poterit ob hanc iniuriam, quæ matrimonio contraria est. Percedens tamen, si de diri potest, si dannum grave proli sequatur ex eius ingressu, ut notant prædicti Doctores. Sponas vero qui copulam vi ex istis nullo modo potest religionem intrare renuens sponas, & ex parte eius matrimonium liber consummatum est, ac proinde celis iuri ingrediendi, vicebe aduerdit Sanch. d. disp. 22. num. 1. & 8.

5. Quoad insolubilitatem attinet nemini est dubium, matrimonium etiam non consummatum ex se vinculum esse perpetuum, ita ut libero contrahentium consenserit neque dissolvi, ut colligatur ex illo Gregor. in c. fin. de conditionib. apofit. Et Trident. l. 2. c. 4. in princ. de reform. matr. Et ratione ab inconvenienti conuincitur. Si enim matrimonium libero contrahentium consenserit, & soli posserit sicut alijs contractus, malitia fornicationis facilis quæ vitare posset accedens ad propriam quam ut talem solum pro eo tempore accepit. Quod nullatenus est dicendum. Est igitur omnino certum, & omnium sententia firmatum quodcumque matrimonium insolubile esse.

Quo autem iure hanc habeat indissolubilitatem? Variant Doctores. Nam alij hanc insolubilitatem assertant provenire ex Diuina institutione positiua; alij partim ex Diuina institutione, partim ex iure naturali; alij ex solo iure naturali. Sed matrimonii fidelium insolubilitatem concedunt, tum ex Diuina lege, tum ex significacione, quam habet viuimus hypothetica Verbi cum carne assumpta. Quas omnes sententias late referunt Sanch. lib. 2. disput. 12. à numero 4. Basil. Ponce de matr. lib. 1. c. 12. per totum. Gutier. c. 13. Coninch. disput. 26. dub. 2. Ex his sententiis ea semper mihi probabilior fuit, quae hanc insolubilitatem ex iure naturali assertat, matrimonio conuenire, quam docuerunt Courtaur. 2. p. decret. 4. §. 3. numero 5. Vigilanus in infinito. Theolog. c. 16. §. 7. ver. 9. Cordub. lib. 1. q. 25. §. secunda opinio. Petri de Ledesma de matr. quest. 67. artic. 1. dub. 1. Ioann. Azor. tit. 1. instit. moral. lib. 6. quest. 3. in fine. Ioann. de Salas de legib. disput. 5. sect. 81. in fine. Gab. Vazq. disput. 1. de matrim. c. 2. numero 17. & disput. 2. cap. 7. Basil. Ponce lib. 1. de matrim. cap. 13. per totum. Bellarm. lib. 1. de matrim. cap. 12. Rebello. lib. 2. de obligatione in fide. lib. 2. quest. 1. Galpar Hurtado. disput. 8. de matrim. difficult. 2. à numero 4. Paul. Laymann. lib. 5. tract. 10. 3. p. cap. 6. quest. 1. concil. 2. Moucor. quia matrimonium ex sua natura ordinatur, tum ad coniugium, tum amorem fouendum, tum ad prolem generandam, illamque bene instiuentiam, quae sine dubio ex se perpetuatam exigunt, id est Deus rerum omnium Dominus, cum à principio concepsit mutuum corporum traditionem ad coniugalem vsum, non aliter concepsit, quam perpetuum ut pote convenienter ad consequendos fines in coniugio intentos. Huic tamen concessioni, & institutioni non obest, quod aliquando ob aliquam grauem causam permisit Deus vinculum matrimonij dissoluere, sicuti in lege scripta factum est Iudei permitentes libellum repudij, & in lege Euangelica concedi in favorem fidei matrimonio infidelium dissoluere, & matrimonia rata fidelium in fauorem status religiosi. Hanc namque solubilitates extinxerat sunt, neque naturam coniugium mutant, sicut non mutat perpetuam status religiosi, quod possit aliquando solui. Quapropter perpetuas intrinsecas matrimonij & quae matrimonio rato, ac consummato compoti, & aquo matrimonio infidelium, ac fideli. Sed hanc papenitatem sola matrimonio fidelium consummata integrè resolvit, sicuti quorum vero matrimoniorum perpetuas saepe fideli, vel religionis suspenditur.

S. II.

An ex dispensatione Pontificis matrimonium dissoluere possit?

- 1 Matrimonia consummat a fidelium, & qualibet infidelium solui non possunt.
- 2 Ibores Doctores affirmant matrimonium ratum si fidelium solui ex Pontificis dispensatione posse.
- 3 Verius est opposita sententia.
- 4 Satis fundamenta num. 2. adductio.

Convenient omnes Catholicci matrimonia consummata fidelium nullam ob causam solui à Pontifice posse; quia nullibi iniuriant haec concessa facultas, neque expediebat concedi, vt sic aliquo matrimonio significaretur apius, & perfectius vno Christi cum Ecclesia per carnem assumptam, quam nonquam dimisit. Deinde conuenient, matrimonia infidelium sive consummata, sive non dissolui à Pontifice non posse, eo quod Pontifex nullam extra Ecclesiam potestatem habeat. De illis vero conuestis; qualiter eorum matrimonium solui possit, inferius dicemus.

Quocirca controversia inter Doctores versatur circa matrimonium ratum fideli. An ex Pontificis dispensatione solui possit? Affirmant Cajetan. t. 1. opuscul. tract. 2. 8. quest. vni. Antonii. 3. p. iiii. cap. 21. Henric. lib. 1. cap. 8. numero 11. Natur. cap. 2. num. 21. Sanch. lib. 2. disput. 14. numero 2. Lessius. lib. 2. c. 40. num. 146. Gutier. ex parte lib. 1. canon. q. c. 12. & 17. Et de mar. c. 3. num. 3. Hurtado. disput. 2. de matr. difficult. 3. num. 11. Gab. Vazq. 1. 2. disp. 1. 6. c. 7. Mouentur, quia matrimonium ratum fideli non significat unionem Christi cum Ecclesia per carnem assumptam, sed per gratiam, que sapientia in hominibus dissoluta. Neque de hoc matrimonio, sed de matrimonio consummato dictum est à Christo. Dominio Matth. 19. Quod Deus coniunxit homo non separabit. Nulla igitur causa sit, ob quam credi non possit Pontifici reliquam esse potestatem prae dictum matrimonium dissoluendi; maximè cum haec dissolutio paci, & tranquillitati Reipublicae expedita necessaria sit. Quippe solet matrimonium primò contrahi secreto, & co non obstante publicè celebrari secundum, & consummari; quo casu si Pontifex non dispensat, graves iuxta dispensationes, & odia nascuntur. Ut ergo iis omnibus remedium adhibetur, dissolui Pontifex matrimonium ratum, & cogit in secundo consummato persilente, vt sapientia fecit, testis Antoninus.

Ferd. de Castro. sum. Mor. Part. V.

3. p. tit. 1. c. 21. §. 3. Nauarr. c. 22. n. 2. 5. Henric. lib. 11. c. 8. n. 11. Affirmare autem in re tam gravi Pontificem erratum valde temerarium est; vt inquit Valen. 3. p. disput. 10. quest. 1. p. 7. Quid si roges ex qua causa post Pontifex hanc dissolutionem matrimonij concedere i. Respondeat Sanctus, & ferè omnes alii Doctores eam sufficientem esse, si graues discordia, & rixa inter coniuges vel consanguineos timerentur, vel si multa cohabitatio esse non posset, eo quod unus est lepra affectus, vel steriles.

Ceterum esti praedicta sententia probabilissima sit, veriorem existimo, quae Pontifici negat hanc facultatem, quam docente fuit omnes Theologi specialiter Scotus in 4. diff. 3. 1. q. 1. ver. tertio. Bonavent. diff. 27. art. 3. quest. 2. Victor. de matrimonio sum. num. 2. 81. Dominic. Soc. lib. 7. de iust. quest. 2. art. 4. ver. 6. & licet peregre. Et in 4. 2. 7. quest. 1. art. 4. Gregor. de Valen. in 4. 1. diff. 10. quest. 1. p. 7. Basil. Ponce. lib. 9. c. 3. n. 3. Dicunt haec ratione, cum matrimonium sive ratum, sive consummatum iure Diuino, & naturali insolubile sit, nequit nisi Deo concedente dissoluere, ut expressè decidit Innocent. III. in c. ex parte de coniugio coniungat. Ex quo matrimonio inter legitimas personas contrahitur in nullo casu illis viventibus dissolui potest, nisi forte fecerit fieri ex reuelatione Diuina. At neque ex Ecclesiæ traditione, neque ex vlo texu constat Deum Pontifici concessisse facultatem, ergo afferenda non est. Id ipsis probatur ex cap. hi qui maximum 12. q. 7. vbi Nicolaus Papa inquit: Ob suorum, amantium, aliamve infirmatum superiorem coniugis solui non possum. Nec valet dicere loqui Pontificem de coniugis consummatis, quia nullum est verbum, quo id indicetur. Præterea si in favore status clericalis, & colibarum nequit Pontifex matrimonio fideli. li ratum dissolueret, quomodo ob sedandas inimicias, ob vitandam sterilitatem, aliquaque minora mala hæc facultas censenda est concedi? Adde omnia argumenta, quibus Doctores opposita sententia mouentur ad attuendum hanc potestatem in matrimonio rato procedunt in matrimonio consummato. Si igitur in consummato matrimonio deneratur haec potest etiam in matrimonio rato denegari debet. Ve ergo afflumpum probemus, satisfaciamus signatum predictum fundamen.

Ad primum. Satis dubium est matrimonium ratum fideli. aliumnullum non esse ad significandam unionem Verbi cum natura assumpta; potest enim haec significare, sicut in plurimi Doctorum sententia eam unionem significat matrimonium infidelium consummatum, quinimum matrimonium in sua prima institutione. Sed non obinde conuinicit in nullo casu solui posse, sed solum à posteriori, & tanquam à signo coniungitur ex se insolubile esse. Sed demus matrimonium ratum assumptum non esse ad significandam unionem Christi cum natura assumpta, sed Unionem Verbi cum fidelibus per gratiam, inde solum sit matrimonium ratum solui aliquando posse, scilicet religionis ingressu. Deinde dispensatione, non tamen ex dispensatione Pontificis. Ad secundum negro verba illa Christi Matth. 19. Quos Deus coniunxit homon non separat, non esse intelligenda de matrimonio rato. Suntem enim, esti principaliter de matrimonio consummato intelligantur. Nam vt ex contextu constat Christus Dominus voluit libellum repudij, & polygamiam plurium uxorum Iudei permisit auctoritate, & matrimonium in primatum suum statum reducere, vt confiat ex illis verbis. Non legitis quia qui fecit hominem ab initio, masculum, & feminam fecit eos, & propter hanc relinquit homo patrem, & matrem, & adhæredit uxori sua. & erunt duo in carne una. Ex quo Exemplo concludit. Quos Deus coniunxit homo non separat, vt ritus prosequitur Basil. Ponce, lib. 1. cap. 4. à numero 4. Non igitur ex significacione unionis hypothetica, sed ex natura primaria matrimonij statuta est à Christo eius indissolubilitas. Ad tertium dico, si ob vitanda aliqua inconvenientia fatendum esti pontificem potestatem habere dissoluendi matrimonium ratum, cum ferè eadem inconvenientia ex matrimonio consummato sequi possum, vt expeditius facili est constabit, consummandum esse circa matrimonium consummatum eadem potestate gaudere. Cum ergo circa matrimonium consummatum nullus afflueret, neque de matrimonio rato alteranda est. Quarum probat maximè probabilitatem illius opinionis, cui Pontifices adherentes sepè in matrimonio rato dispensarunt. Inde tamen non conuinicit omniō esse certum Pontificem hac gaudente potestate, sed solum esse valde probable: quippe hæc probabilitas sufficit, vt Pontifices dispensando securi, tuūque conscientia procedant, nullūque errorem in praxi committant, tametsi speculatiū loquendo erint, quod non est inconveniens; cum error non sit de iure, sed de facto, & non communis, sed particularis.

§. III.

Qualiter matrimonium infidelium solui possit?

- 1 Durante viri usque infidelitate solui nequit.
- 2 Si veroque ad fidem conuerterat, et si aliqui probabiliter censent eorum matrimonium solui posse ex Pontificis dispensatione. Verius est oppositum.
- 3 Si virus infidelis ad fidem conuerterat alio renente conuersi, tripli in euentu coniugium dissoluitur.
- 4 Aliqui censent eis, quo virus ad fidem conuerterat, alio renente conuerterat, dissoluitur coniugium.
- 5 Verius est non dissolui, quousque fidelis secundum matrimonium contrahat.
- 6 Fiducia fundamento num. 4. adducto.
- 7 Vir fidelis conuersus licet secundum matrimonium ineat, debet ei constare infidelem nolle conuerteri.
- 8 Si infidelis non discedit a fidei, nec eius cohabitatio cedit in contumeliam Creatoris, affirmant plures non posse fidelem dissoluisse matrimonium alio modo.
- 9 Verius censetur oppositum.
- 10 Satisfundamentis contrariis.
- 11 Matrimonium fidelis conuersi Ordine assumpto, non dissoluitur.
- 12 Item nec professione religionis dissoluitur tamen si contrarium censent Sanch.
- 13 Dissolutor matrimonio à fidei aliqui negant posse infidelem licet aliud matrimonium inire.
- 14 Verius est posse validem, & licitem.

Matrimonium infidelium durante viri usque infidelitate, tamen consummatum non sit, nullatenus solui potest. Quia non solui potest auctoritate Principis, cui infideles subiiciuntur, cum in dissoluzione matrimonij nullam à Deo potestatem acceperint, neque item auctoritate Pontificis, cum eius potestas extra Ecclesiam non extendatur.

Si veroque ad fidem fuerit conuersus, aliqui nec improbabiliter censent eorum matrimonium etiam consummatum auctoritate Pontificis dissolui posse causâ iustâ intercedente: sic docuit Nauarr. lib. 3. consit. de conuersi infidel. conf. 1. alias 3. in foliis ad dub. num. 12. Sanch. lib. 2. disp. 17. num. 2. Et mouentur, quia matrimonium infidelium etiam consummatum cum Sacramentum non sit, non habet eandem firmitatem, ac matrimonium ratum fidelium, vt colligunt ex cap. 28. quest. 1. Et ex Innocent. III. cap. quanto de Diuore, vbi inquit matrimonium fidelium insolubile esse, quia est Sacramentum. Cum ergo infidelium matrimonium Sacramentum non sit, non sic erit insolubile. At matrimonium fidelium ratum solui potest auctoritate Pontificis iuxta probabilem opinionem, ergo etiam solui potest matrimonium infidelium etiam consummatum. Sed oppositum verius, & probabilius est, sicut ex communia sententia refatur Azo. 2. par. lib. 5. cap. 2. §. His positis. Agid. Coninch. disp. 26. dub. 5. num. 66. Basili. Ponce. lib. 9. cap. 4. num. 15. Nam matrimonium solui non potest nisi in casibus à iure expellit, ut inquit Panormit. in cap. ex parte de conuersione coniugat. vers. Nos autem. At nullibi est expellit matrimonium consummatum fidelium solui posse: illud autem matrimonium est in infidelitate fuerit contractum, iam est matrimonium fidelium, & consummatum, nulla ergo via solui potest. Neque obest, quod Sacramentum non sit, nam eto id admittamus, quod plures negant post veriusque conuersioem, non inde efficit solubile esse, cum nullus iam ait casus, in quo à Christo solutio concedatur: conceditur autem praedicto matrimonio casus, quo coniugis virus ad fidem conuerterat alio renente conuersi, in quo à matrimonio, quod est Sacramentum differt.

Quod si virus infidelis ad fidem conuerterat alio renente coniuerterat, coniugium quoad vinculum dissoluitur tripli in euentu. Primo, si infidelis non ob aliam causam legitimam, quam quis alter conuersus ad fidem est, discedat nolitecum cum fidelis habiteat, habetur expressè in capite. similis modo. Capit. si vxor. 28. quest. 1. Cap. quanto. Et cap. gaudemus de Diuore. Secundo: si velit habiteat consummata tamen creatori irrogans, quod praefat, si nomes Christi depicit, cius laudes prohibet, conuersione domesticorum impedit, ut deciditur cap. infidelis 28. quest. 2. Et dico cap. similis modo. Cap. quanto. Et cap. gaudemus. Tertiò si infidelis incitat fidelem ad aliquod peccatum committendum; quia tunc etiam inducit à creatori irrogatur iuria, vt colligatur ex cap. idololatria cap. non solùm. Cap. si vxor. 28. quest. 1. Et cap. quanto. Et cap. gaudemus de Diuore. In his igitur euentibus ex Christi dispensatione à Paulo promulgata 1. Corin. 7. matrimonium dissoluitur, inquit enim Paulus. Quod si infidelis discedit, discedat; neque enim seruitum (id est con-

tinui) vinculo, quod seruitum vocat) subiectus est soror, aut frater conuerteret, quoniam possit ad alia vota transire: discessio autem infidelis physica, & moralis esse potest, & de virtus Paulus locutus est, vt constar ex textibus allegatis. Discessio physica contingit, si nolit infidelis cum fidelis habiteare: moralis, si nolit habitare pacifice, sed Creatori irrogans contumeliam, cum enim Ecclesia potestatem non habeat coriendam infidelem, merito fidelem ab eius seruitute liberare.

Sed an eo ipso, quo alius ad fidem conuerterit, alio conuertere renente dissoluitur coniugium? Non est constans Doctorum sententia. Nam Gloffa in cap. quanto de Diuore. Et ibi Panormit. num. 6. & 7. Et in cap. gaudemus eodem. num. 1. Richard. in 4. disp. 39. art. 2. quest. 2. Angel. verbo Matrimonium 3. num. 3. Rodrig. 1. tom. sum. cap. 2. 50. affirmant, & videtur colligi ex Paulo 1. Corin. 7. affirmante ob discessum infidelis fidelem coniugij vinculo subiectum non esse, ergo à puncto discessions solitus fidelis est. Et forte ob hanc causam dictum est in cap. infidelis 28. contumeliam Creatoris solitus ius matrimonij in eo qui relinquitur. Ratione vero probari haec sententia potest, quia matrimonium à fidei religio contraria validè non potest priori matrimonio cum infidelis non dissoluto. Cum igitur à puncto discessions infidelis possit fidelis validè nouum matrimonium contrahere, necessariò dicendum est ab eo puncto matrimonium esse dissolutorum.

Ceterum omnino dicendum est, prædictum matrimonium non dissolui nisi fidelis secundum contrahat, ab eo enim puncto, & non ante, quo fidelis secundum matrimonium contrahit, primum dissolument est. Sic D. Thom. in 4. disp. 39. quest. 2. art. 5. Paludan. ibi quest. 1. art. 2. conclus. Maior quest. unica art. 4. Sylvest. verb. Matrimonium 8. quest. 10. cap. 6. Armilla eodem num. 6. Gregor. de Valent. disp. 10. quest. 1. pan. 7. Coninch. disp. 2. 6. n. 3. Sanch. lib. 7. disp. 7. 5. num. 4. Rebell. 2. part. de obligatione in lib. 3. quest. 10. sect. 2. Basili. Ponce. lib. 7. cap. 48. num. 17. Eclit. 9. de marit. cap. 4. num. 17. Galpar Hurtado. disp. 8. de matrimonio. 1. 3. num. 48. Et colligatur aperte ex cap. gaudemus de diuore, vbi Innocent. III. inquit. Quod si conuersum ad fidem & illa conuersa sequatur, antequam per causas prædictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compellatur. Si igitur post conuertere ad fidem compellendus est fidelis recipere uxorem denuo conuersam, si matrimonium nondum est contractum, manifestè inferatur vinculum primi matrimonij solutum non esse. Nam ideo Gloffa dicit cap. respondeat in favore fidei matrimonium dissolument restituere iure poltimini, id verum esse non potest, cum matrimonium non nisi contractum conuerso libero perficiatur conuersus ad fidem absque novo conensu compellitur uxorem denuo conuersam recipere, si aliud matrimonium denuo contractum non sit.

Ad fundamentum oppositum respondeamus: fidelem conuersum, alio in infidelitate perseverante, subiectum non est matrimonij vinculo, non quia matrimonij vinculum solutum sit, sed quia eo non obstante nec tenetur cum infidelis cohabitare, neque impeditur à novo matrimonio contractando. Et in eo sensu dictum est in cap. infidelis contumeliam Creatoris ius matrimonij solvere. Ad rationem autem sic secundum matrimonium contrahit non posse, nisi primo dissoluto; & dissoluto sit, cum secundum contrahitur sicut introductione formâ substantialis denuo aduenientis, præcedens expellit.

Vt autem fidelis conuersus licet possit secundum matrimonium inire, debere ei constare infidelem nolle conuertere, quia non alia vià hoc illi privilegium conceditur, nisi quantum infidelis ab eo discedit. Quapropter si coniuncte fieri potest, debet prius moneri, & consultum est, eto non necessarium, ut monitione coram testibus, & auctoritate iudicis fiat, vt non solùm in foro interiori, sed etiam in foro exteriori confitetur obtinuisse infidelis voluntate, vt latius proficitur Sanch. lib. 7. disp. 7. 4. à num. 1. Basili. Ponce. falsi referuntur Sanch. pro contraria sententia. lib. 9. cap. 4. num. 22. Coninch. disp. 2. 6. dub. 5. num. 62. & colligetur aperte ex litteris Pj. V. relatibus à Sanch. Et ex litteris Gregor. XIII. quas Basili.

Sed quid si infidelis non discedit à fidei conuerso, neque eius habitatio cedit in contumeliam Creatoris, aut occatio, & incitamentum alicuius peccati, poterit tunc fidelis conuersus dissolue matrimonium alio modo? Affirmant Henr. lib. 11. cap. 8. Rebell. 2. part. de obligat. iustit. lib. 4. question. 10. sect. 2. Sanch. lib. 7. disp. 7. 4. vbi plures referuntur. Coninch. disp. 26. dub. 5. num. 62. Mouentur rursum quia primo Ecclesie temporibus posset infidelis cum fidelis habitate abfice contumeliam Creatoris, vel per trahctione ad peccatum, quinimo cum probabili spe conuersationis, ideoque dixit Paulus mulierem infidelem sanctificatam esse per virum fidelis, & contra, hoc est dispositum sanctificari Aris praefecti tempore, quando infidelum animi sic obtinari sunt, vt ferè nulla subsistat species conuersationis, eorum habitatio cedit in

in contumeliam Creatoris, & moraliter incita suo exemplo coniugem, & domesticos ad peccatum. Ergo potest fidelis ex religio matrimonium inire, quia verè infidelis moraliter discedit. Et confirmari potest ex Concilio Tolet. IV. can. 62. prohibente, ne vxor Iudea ad fidem conuerterea cum viro Iudeo in infidelitate permanente habiteret: quod decretum ad omnes fideles conuersos ex quacunque fœsta extendi sumuntur plures Doctores, quos referit, & sequitur Basil. Ponce, lib. 9. cap. 4. num. 10. Sanch. lib. 7. disp. 73. à n. 7. & seqq. Quod si fidelis nequit cum infidelis habitare, iam cogitare recedere, & consequenter videatur priuilegium a Paulo concessum sibi competeat.

Cæterum verius existimo in prædicto casu fidelem conuersum non posse aliud matrimonium inire: quia hæc potestas dissoluciendi coniugium concedit fidelis ex eo præcise, quod infidelis discedat, ut constat ex verbis Pauli scriptis. At ex eo præcise, quod in sua infidelitate perseverare velit, non inferatur quod discedat nec physice, nec moraliter in gendo Creatori consumeliam, aut coniugem petuare, sed peccatum, vt ex eodem loco Pauli facit colligimus, ut non fidelis dimittat, si infidelis velit pacificè cum eo habitare, sanctificatus est enim, &c. Supponiturque in capitulo quarto, Et cap. gaudemus, de Diuinitate: Quapropter nisi verbis, aut frequenti vobis sit perfidae conuersatio moraliter coniugem, aut filios ad infidelitatem pertrahere, nullatenus certe fidelem posse aliud matrimonium inire, tamen non tenetur cum infidelis habitare: sic docent Sylustis verb. matrimonium 8. quæst. 10. dit. 6. Nauart. cap. 22. num. 49. Valen. de mar. disp. 10. quæst. 1. p. 7. circa princip. Tolet. lib. 7. sum. cap. 7. n. 3. & alii plures relati a Sanch. lib. 7. disp. 74. num. 8.

10. Argumentum in contrarium respondeo, non solùm primis illis Ecclesiæ temporibus, sed etiam in præsenti posse fidelem cum infidelis habitare absque morali periculo peruertere, sed potius cum ipso fructus, vti in India, & Æthiopia coniugit. Neque decretum illud Concilii Toletani vniuersaliter, seu provinciale suam diocesem astringens, neque omnes ad fidem conuersos spectat, sed solùm conuersos ex Iudaismo, imo neque hos, sed solùm vxores in quibus ob subiectiōne iuri erat speciale periculum. Adde, cito omnibus conuersis efficitur haec communicatio interdicta, non inde inferatur infidelem discedere sed discedere fidelemon non ob infidelitatem alterius, sed ob singulare preceptum sibi impositum: quod cum per accidens sit, ius dissoluendi coniugium non concedit.

11. Superest tamen duplex difficultas: Prima, an prædictum matrimonium fidelis conuersus solui possit. Ordine sacro assumpto, vel professione in religione emissa? Supponimus non posse fidelem hos statutus allumer, quia ei de infidelis obstinatione conseruit, quia ideo infidelis discedat, non habet ius fidelis conuersus statutum diuersum assumendum, vt optimè ex communī sententiā tradit Sanch. lib. 7. disp. 76. num. 1. & seqq. Quod si infidelis monitus conuersationem repudiat, potest conuersus fidelis ad Ordines, & Religionem trahere, illis vero assumpsis etiā postmodum infidelis coniugetur, non est ei fidelis conuersus restituendus, vt norauit Sanch. dicta disp. 76. num. 6. Regin. Coninch. disp. 26. dub. 5. num. 6. Quia iure, & legitime statutum incompatibilem assumpsi, sicut si celebrato diuotio innocens ad religionem, vel Ordines transiret. Placet tamen mihi quod inquirit Sanch. dicta disp. 76. num. 7. si tempore conuersationis infidelis primo conuersus nondum professionem emerit, sed solūm habebitum assumpserit esse infidelis conuerso restituendum; quia nondum assumpserit statutum incompatibilem, & causa diuotij omnino cessat. Hoc supposito. Etsi aliqui Doctores non infirmare note conseruant Ordine sacro assumptu vinculum matrimonij in infidelitate contractum dissolvi: at communis sententia oppositum verisimile firmat, vt videre est apud Sanch. dicta disp. 76. circa finem: quia nullib[us] inuenitur hoc priuilegium huius clericali concessum maximè cum matrimonium ratum fidelium ex statu assumpto non dissoluatur.

Professione, autem religionis pluribus relatis probat Sanch. dicta disp. 76. num. 6. dissolvi, & præcipue ratione motus, quia professio religionis solvit matrimonium ratum fidelium, quod est vinculum fortius, & efficacius, cum sit non solūm contractus, sed sacramentum, ergo dissolvet matrimonium consummatum in infidelium. Argum. Textus in leg. de accusatio[n]ibus. 14. ff. de diuers. & tempor. præscript. Qui enim vincit vincentem, vincit vitium.

Sed verius oppotuit existimo cum Abulensi. 1. Reg. cap. 8. quæst. 6. & 74. Coninch. disp. 26. dub. 5. num. 6. Basilio Ponc. lib. 9. cap. 4. num. 19. Gaspar Hurtado de matrim. disp. 8. difficile. 14. num. 52. eo quod dissolvi matrimonii facti non potest nisi ex Divina concessione. At nullib[us] inuenitur concessum professione religionis dirimi matrimonium consummatum in infidelium. Nam esto matrimonio contracto dirimatur si prouenit, ne coniux conuersus cogatur vel eis libet vim tam degere, vel habitate cum infidelis obstinatio, & periculum Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. 7.

peruercionis inducente, redaturque ei conuersio onerosa. Quæratio omnino cessat religione assumpta, cum iam ipse liberè assumat vitam celibem. Non igitur ex priuilegio concilio dirimenti matrimonium aliò matrimonio assumpto infidelis potest dirimi religionis professione. Neque item censenda est hæc dissolutoria concessa ex concessione dissolutionis matrimonij rati fidelium. Tum quia est casus diversus. Tum quia non militat eadem ratio; alia siue potest fidelis non obstante matrimonio rato ad religionem transire, poterit etiam infidelis conuersus post matrimonium consummatum, tametsi alius conuerteretur, quod merito ipsem Sanch. disp. 76. n. 3. & 7. negat. Quare lex illa de accusationib[us] intelligentia est de casibus iure ordinario, & naturali contingentibus, nō de iis, quæ a iure positivo, & extraordinario proueniunt.

Secunda difficultas est, An dissoluto matrimonio à fidelis conuerso possit infidelis non solūm validè, quod certum est, sed licet alius matrimonium inire? Negat D. Thom. in 4. d. 37. quæst. 2. art. 4. ad 2. Bonavent. ibi art. 2. quæst. 2. Turcicremata in cap. simili modo 28. quæst. 2. ad 3. argumen. Basilio Ponce, lib. 9. cap. 4. num. 25. Plures relati a Sanch. disp. 77. num. 3. & 4. Ex his Authoribus alii censem non posse infidelem contrahere nouum matrimonium, nisi conuerteretur, bene tamen subseque conuersio, alij vero censem etiam post conuersionem indigere dispensatione. Ducuntur, quia infidelis tenuens conuertere peccat in Deum, & in matrimonium, vt dixit Ambros. cap. si infidelis. 28. quæst. 2. merito ergo non iure Ecclesiastico, sed Diuino arceatur à novo coniugio contrahendo.

Reculi tamen Glossa in cap. fin. 28. quæst. 2. verbo, & in matrimonium. Durand. in 4. d. 39. quæst. 2. numero 25. Abulensi. 1. Reg. 8. quæst. 1. 17. Henr. lib. 11. cap. 8. num. 15. Et alii relati Sanch. lib. 7. disp. 77. num. 6. Gaspar Hurtado disp. 8. difficile. 13. in fine, censem licet posse infidelem obstinatum dissoluto iam matrimonio à fidelis alius aliud matrimonium inire. Quia nulla Textu, nec ratione firma ostendit potest adempit illi esse hanc potestatem. Si enim mortuo fidelis coniuge omnes facentur posse nouum matrimonium inire, etiam potest illud inire dissoluto coniugio per aliud matrimonium à fideli initium, & quæ enim ac per mortem dissolutum est.

§. IV.

Qualiter matrimonium fidelium solui possit?

1. Ordine sacro assumpto matrimonium etiam ratum fidelium non soluit, sed soluit professione Religionis.
2. Professionem sollem dirimere ex se matrimonium ratum affirmant aliqui.
3. Alij censem ex iure Diuino positivo.
4. Refellunt prædicta sententia.
5. Adstrinxit sola auctoritate Pontificis à Christo accepta diuini matrimonium ratum professione Religionis.

Diximus superius matrimonium consummatum nulla via solui posse, neque etiam ratum ex dispensatione Pontificis. Superest vero dicendum, an solui possit Ordine sacro assumpto, vel professione Religionis, & quo iure soluit? Convenient omnes. Ordine sacro assumpto matrimonium etiam ratum non solui, vt videre est apud Sanch. lib. 2. disp. 18. num. 9. Gutieri. cap. 5. de matr. num. 6. & deciditur in extruag. Antiqua Ioann. XXII. de Voto. Econtra verò professione Religionis dirimi matrimonium ratum omnes Catholici firmante, decisimque est in cap. de sponsis. 27. q. 2. cap. de cœcta legali in eadem can. 6. q. & ex publico. Cap. ex parte sua de coniug. extruag. Antiqua. Ioann. XXXII. de Voto. & in Trident. sess. 24. can. 6. ibi: Si quis dixerit matrimonium ratum non consummatum per sollem professionem alterius coniugis non dirimi, anathema sit. Quocirca emissione votorum, quibus nec sollemnem professionem constat, nec verum Religionis coniugium, nequaquam matrimonium ratum soluit, vt constat ex suprad. extruag. Antiqua de Voto. Et tradit Sanchez. dicta disp. 18. num. 4. Gutieri. cap. 5. num. 2. Basilio Ponce, lib. 9. cap. 8. De votis religiosorum ordinum milianorum Sancti Iacobi, Alcantara, Calatava, qui nec vivunt in communione, neque illis excluduntur à coniugio, satis certum videtur matrimonium non solui, cum matrimonium constitue posse cum eorum professione. Solūm de Equitibus professis in Ordine Sancti Iohannis est controversia, at eorum professio matrimonium ratum dissoluit: Qui censem eorum professionem verum, & proprium statutum religiosum non constitutere, consequenter negabunt dissolui, sicut docuit Dominie. Sotus in 4. d. 27. quæst. 1. art. 4. ver. Quære.

Et lib. 7. de iustis. & iure. q. 5. art. 3. ad 3. Sarmiento. lib. de redditib. Ecclesiast. 4. p. c. 1. num. 13. At cum communis sententia meritò defendat hos Equites vere Religiosos esse, & ex alia parte eorum votum castitatis cum matrimonij vna non posse subsistere, consequenter affirmat eorum professionem matrimoniorum ratum disoluere possunt docent Nauar. lib. 3. Conf. sit. de conuer. coniug. et conf. 1. alias à Henr. lib. 11. de matr. c. 8. num. 6. Cordub. in sum. quasf. 178. Barbosa Rubrica ff. folio matrimonio. 2. p. num. 82. Sanch. lib. 2. disp. 18. num. 8. Gutierr. c. 5. n. 7. Basil. Ponce, lib. 9. c. 7. n. 3. Azor. t. 1. lib. 13. cap. 6. quasf. 4.

2. Sed quo iure professio solemnis matrimonium dirimat, variant Doctores, ut videre est apud Sanch. libz. *disputat.* 19. per totam. Nam aliqui affirmant professionem ex se habent vim disloquendi matrimonium habere, ut pote quæ constitutum perfecti oren. & cum matrimonio repugnante, & ex aliaparte est mors spiritualis iuxta illud Pauli ad Colosens. 3. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Ergo potens est dirimere matrimonium cum amante faletem ratum. Sic docent D.Thom. in 4.d.27. quæf. 1. art. 3. quef. 2. corp. Richard. eadem d.art. 2. q.z. Durand. quef. 2. num. 9. Bellarm. lib. 2. de monachis, capit. 38. Couraru. 4. de cetero 2. part. c. 7. §. 4. num. 7. & alii relati à Sanch. dicta dis. 19. num. 1.

Verum hæc sententia nullo fundamento nititur, nam si ob perfectionem status, & quia est mors spiritualis habetur professio via dirimirandi matrimonium ratum ex natura sua, & consummatarum dirimirat, eadēque efficacitas conceienda esset statu clericali, & episcopali, quam tamen nullus ex supradictis Doctoribus audierat admittere. Ratio vero à pio-ri est manifesta; nam professio religiosa consistere potest cum matrimonio non solùn rato, sed consummato, vt contingit cum ex confessu coniugis, vel diuertio facto alter profiteretur. Sunt enim traditiones diversæ. Eigo ex natura rei, & secula Christi, & Ecclesiæ institutione, nequam professio matrimonium ratum valet ditimere.

potius quam per statum clericalem, aut ecclibatum. Ergo fatendum est non à Pontifice, sed à Christo hanc prouenire dis-solutionem.

Sed neque hanc sententiam probandum censeo: nam si Christus Dominus hanc efficaciam statui religioso concessisset, cum statum hunc non solum professois votorum solemnem, sed etiam simplicium, & quæ ex voluntate Praetali disfoluunt, confitutum, ut definitum est a Gregor. XIII. in bullâ qua^{re} incipit. *Quanto fructuoso edita anno 1582.* ex huius status assumptione matrimonium ratum dislocatur: cum solemnitas votorum solo iure Ecclesiastico introducta sit. Hac sequela immo^{re} concedit Baf. Ponc. lib. 9. cap. 6. Tum quia Cone. Trident. sess. 24. can. 6. hunc effectum professioni fœturali attribuit: ibi: *Si quis dicerit matrimonium ratum, & non consummatum per solemnem Religiosis professionem alterius coniugum non dirimi, anathema sit.* Cum igitur expferat solemnem, tacite non solemnem exclusit. Vnde Ioan. XXII. in extrauag. *Antiqua de Voto,* expfse decidit votis simplicibus matrimonium non dirimi, & licet innocent. III. & alij Pontifices non expfserint verbum *solemne*, sed solam dixerint per professionem regularum matrimonium folii, id factum est, quia eo tempore nulla erat professio regularis, quæ solemnis non esset. Neque his aduersantur exempla illorum Sanctorum adducta. Non primum, nam verius est Ioannem Euangelistam non adiulsi ut sponsum in illis nuptiis Cana Galilææ, sed ut discipulum, ut optime probat Cardin. Tolet. in cap. 2. Ioann. à num. 13. *Calar Baroniū tom. 1. annal. à num. 3. fol. 106.* neque ex illis nuptiis ad Apostolatum vocatus est, cum constet ex Matth. 4. & Marci 1. ante illud tempus p[ro]f[essio]ne vocatum. Neque decebat ex illis nuptiis, quas approbarint intendebat sponsum ad le vocare nuptiis dislocutus. *Gratis vero concessio exemplo non iude infertur neque vinculum matrimonij solutum esse,* neque Ioannem Euangelistam castitatis votum canuisse, neque ex consensu alterius coniugis separationem non fuisse factam, neque Christum Dominum vnum non fuisse sua potestate excellētus absque eo, quod regulam in postleto feruandam tradiderit. Secundum exemplum S. Tecla non est ad rem, siquidem eius coniugium erat cum infidelis, à quo ei consummatum est et merito potuisse separari, præcipue cum verissimile sit non potuisse cum eo habitare abiq[ue], contumeliae Creatoris, liquide ab ipsorum sponso damnata fuisse, febris, & ignis obiecta. Minus congruit tertium exemplum de Valeria, cum ex consensu sponsi castitatem feruauerit, prout ipsa memori Marcial. citato loco refert. Et item dicendum est de Iuliano, & Basiliis, cum satis probabile sit ex manu cōfessu se separasse, & castitatem feruere voluisse, quod fieri poterat, eis matrimonium consummatum est: neque ex illorum historia colligi potest vel vinculum matrimonij solutum esse, vel ipsos professionem non emisisse. Eadem responsio applicanda est ad exemplum Amonij, Cecilia, Macharij, & aliorum. Alexius vero Romanus esto non ex consensu sponsi discesserit, discessum tamen ex Diuina revelatione quæ superat omnem legem, ut dixit Innocent. in cap. exp. arte. *De coniug. coniugat.* neque ob illius discessum fuit coniugium solutum, ut latius indicant illa verba sponsa, quae post eius mortem pronuntiavit: *Tot annos proper te vixi solitaria, & hodie vidua relinquer.* Ad rationem vero adductam concedo ex nullo iure scripto colligi posse, pontifici conceffam fuisse facultatem dissolundi matrimonium ratum per professionem religiosis, quam per statum ordinis, aliuam perfectiorem. Ex facto tandem ipso inclita Ecclesia traditione satis colligi hanc potestatem statui religioso restrictam esse. Addo non videri improbable cuilibet alteri statui perfectionis hanc vim dissolendi matrimonium ratum concedere potuisse.

Superest ergo dicendum professionem religionis hanc vim dissoluendi matrimonium raum habere auctoritatem Pontificis a Christo Domino accepta, quam auctoritatem Pontificis communicatam esse ex traditione Ecclesiae a tempore Apostolorum collegimus, decebat namque Christum Dominum suo Vicario relinquere potestatem instituendam statum perfectionis, quo matrimonium suum dissolueretur: cum enim certum ex fide sit professionem religiosam matrimonium ratum soluere, probatamque est id non posse ex natura professionis prouenire, neque ariam immediatam ex initiatione Christi, restat dicendum, ut proueniat ex institutione Pontificis per auctoritatem a Christo Domino accepitam. Præterea compertum est professionem religiosam matrimonium contrahendum dirimere non ex iure Divino immediate, sed Pontificio prouenient, id eoque aliquando contingit in Societate Iesu professionem religiosam votorum simplicium non diremissile matrimonium contrahendum, sed hanc vim habuisse a tempore Gregor. XIII. per extrahagiam descendente Domino. Ergo neque ex iure Divino, sed Pontificio immediate haberet quod dirimat matrimonium contrahendum: cum enim facilius sit impedire effectum contractus antequam fiat, quam eius natura dissoluere possit, factus est, ut decidit Textus in cap. quemadmodum, de

Disputatio III.

disfrustrando. Si igitur ex iure Diuino diuimeret professio matrimoniū contrahūlū, potius respectu contraheant hanc viam haberet, quā cum non habeat, sed folum ex iure Pontificis alterendum est ex iure Pontificio prouenire professioni religiosā vīm, & efficaciam matrimonī rātum disflosuēdi. Atque ita docent Hostiensis cap. ex publico verbo consummatum de euerſi, contingat. Et ibi Ioann. Andr. n. 9. Anton. n. 16. Ancharran. repert. Super capite canonum, n. 2. de consili. Felin. c. 1. n. 19. Gandavo quodlibet, q. 9. 35. Michaël de Medina lib. 1. de faciat homini, contin. c. 8. & 6. q. 9. Leonardi Lessius lib. 2. de sing. cap. 4. lib. 3. num. 69. Coninch. disp. 26. dub. 3. concl. 4. p. 37. Galpat Hurtado, disp. 8. diff. 4. n. 17. Francisc. Suar. 5. 6. de singul. q. 6. c. 6. per rotum praepucie a nam. 26. Paul. Layman. lib. 3. num. tract. 10. 3. p. cap. 6. a. n. 3.

§. V.

De tempore concessso coniugibus ad deliberandum
de Religionis ingressu.

- Quid in hac parte iure decretum sit?
 - Bimester concessum est ad ingressum in nouitiatum.
 - Pars Index compellere ingredientem, ut vel professionem faciat, vel ad coniugem revertatur.
 - A quo punto bimestre computandam sit?
 - Auctoritate Iudicis potest hoc bimestre ardari; vel provocari virgente causa.
 - Bimester transacto adhuc potest coniux incontinenti Religione ingressi.
 - Omnibus conjugatis hoc bimestre concessum est, tametsi de ingrediente religione non cogitauerint.

Ilximus §. precedenti licet coniugibus ante consummatum matrimonium religionem ingredi. Superest videndum quanto tempore negare sibi inuenire coniunctionem possum, ut liberum habeat transistum in religionem? Quia in reponderet Alexand. III. in cap. ex publico de controver-
sionibus. Episcopo Bruxensi, apud quem vir quidam con-
tinebat, quod eius vxori, quae dui litigauerat de matrimo-
niis, valore & condemnata adhuc renuebar cum eo habitare
poteretur religionis ingrediendaz. Mandamus, inquit Alexand.,
quoniam si predictus vir eam carnaliter non cognovit. Et ea-
dem in religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficiente ca-
utione, quod vel ad religionem transire, vel ad virum suum re-
turne mera duorum mensum spatiuum debeat, ipsam absolu-
tum. Cap.

Ex quo decreto manifestè constat bimestre concef-
lum eis coniugi, qui matrimonio non consummatis ad
deliberandum de Religionis ingressu. Et licet Abbas dicit
ex publico, n. 11. Praepot. in cap. fns. 15. dis. Nauart. cap. 16.
num. 27. & alii censuerint prædictum bimestre concilium
eis ad ingelsum Religionis cum effectu, scilicet ad profes-
sionem, uti confas ex cap. ex parte eodem, de conuert. con-
iugis. At longè verius est ad solum ingelsum in nouitiatum
concedi, vt pluribus relatis docent Henrici, lib. 12. cap. 5. n. 8.
Sancti, lib. 2. de mar. dis. 2. num. 4. & seqq. Gurteri. de mar.
cap. 14. num. 1. Basil. Ponce, lib. 9. c. 9. num. 2. Cominch. dis. 16.
26. dub. 4. num. 41. & 48. Galzar Hurtado dis. 8. de mar. dif-
ficult. qd. quod hinc manifesto Textu & ratione recedendum
non fit a iure concedente annum nouitiatus ante professio-
nem. Et licet in cap. Ad Apostolicam, de regularib. concedatur
ut hic annus tam ex confessu Nouitij, tunc religionis co-
scientia possit, libili tamen invenitur, quod ex confessu con-
iugis manentis in faculo coactetur. Et certè illis in locis
Tridentin. receperunt et, omnino verissimum existimo
predicatos duos menses non pro professione, sed pro assum-
ptione habitus esse intelligendos; concedendūque eis in
ingelsum nouitiatum annum iuxta decretum. *Seff. 25. cap. 15.* de
regul. A quo decreto solum eximit eos, qui monasterium in
commendam accipiunt, qui polt lex menses tenentur ibidem
professi, vel commendandi renunciare: ut dicitur *dicta* *seff. 25.*
cap. 1. præsumuntur enim i lati religionem agnoscere, &
religionis notos esse, quod seculi procedit in coniugibus, qui
regulariter nunquam de Religione cogitantur, & sèpe ob
odium coniugis religionem amplectuntur, ut referunt cap.
ex parte de conuert. coniugat. Et cap. *vñ. 1. 1.* Qui clericis, vel
zumentes. Quare si coniugi, cum annos pubertas attingit re-
ligionem ingreditur, tenetur coniugis in faculo manens expe-
riri usq; ad 16. annum, quo polli professionem emovere, ut
ex declaratione Concilii adiudicet Basil. Sanct. & alii supra.
Neque obest quod in cap. ex parte ingressus pro professione su-
mari, quia ille Texus est diuersi Pontificis, scilicet Inno-
centius, & nomine ingressus aliquando assumptionem habitus,
aliquando professionem significata.

3. Quod si ingrediens religionem ibidem proficeri re-
mutat, & aliam amplecti velit, ne coniugi relicto praividicium
fit, potest Iudex compellere designato termino petemtorio,
vi in una Religione profiteatur, vel ad virum redeat, ut opti-

Punkt. II. §. V. & VI.

89

- mē notarunt Henq.lib.12.c.5.num.8.in fine. Sanch. disp.245
n.9. Gutier. de metr.c.54.m.13. Coninch. disp.26.dub.4.n.45
Bast. Ponce d.lib.9.c.9.in finen.10.

4. A quo autem puncto bimestre computandum sit? Committunt Doctores, alterius computandum esse à die matrimonij contracti. Nam etsi in dicto cap. ex publico à convers. coniugat. bimestre computatum non fuit à die contracti matrimonij, cum longum tempus præcesserit post bimonthis concessionem, sed à die per Iudicem designato, id factum etsi quia illa mulier prætendebat matrimonium esse nullum, et valido declarato bimestre illi fuit designatum, quod duobus mensibus committere occurreret. Completur sicut ex communī latē probat Sanch. dicio lib. 1. disp. 2. a. n. 2. Basil. Ponce, lib. 9. c. 9. a. n. 4.

5. Grauior tamen est dubitatio, An authoritate Iudicis possit hoc bimeti corclari, vel prorogari? Affirmant communiter Doctores, quos refert, & sequitur Sanch. d. dis. 2. n. 12. Gutieri. c. 5. a. 16. Bafil. Ponce, lib. 9. c. n. 8. & sequuntur. Nam hoc bimeti eto a lege prescribatur ministerio Iudicis imponendum; tempus tamen a lege prescriptum, & maximè imponendum per Iudicem ex causa virgente corclari, vel prorogari potest. Ex leg. 2. qui pro tribu au. s. f. desentient. Et re iudicata. Ecibi Batt. n. 4. Molin. lib. 2. de primogen. c. 14. n. 19. Et pluribus comparab. Bafil. d. cap. 2. n. 2.

Et pluribus comprobat Basil. d.cap. 9.m.8.
6. Bimestri autem transfacto non ita arctatur coniux ad reddendum debitum consummandumque matrimonium, ut nequeat, si velit Religionem ingredi, quia dum consummatum matrimonium non est electio itatus relig. nisi conceditur; vt tradidit Innocentius Cardinali, Holtensi, Butrio, & aliis alias. lib.2. disp. 14.m.7. Gurieri. c. 14.m.19. Cominch. disp. 16.dub. 4.n.49. Galpar Hurtado disp. 8. difficulte. 8. n. 30. & colligetur ex cap. ex publico de conuers. coniugat. ut bene pondereat Cominch. Iuraria.

Coninch, *jura*,
7. Quibus verb hoc bimestre concedatur? communis est sententia omniibus conjugatis concedi, tametsi de religione ingredienda propositum non habeant; eo quod illud habere possunt, & cau quo religione non ingrediantur maiori affectu postmodum coniugantur, qui desideria dilata cœlent. Ob quas rationes ratiæ hoc bimestre conciliunt alleluia. Glossa in *c. coninges*, 27. q. 2. verbo *primum* Sylleptus verbo *debitum*, q. 1. causa 4. Rosella ibidem num. 1. Armilla, n. 5. Et plures referunt Sanch. lib. 2. disp. 2. num. 2. Basili. Ponce, lib. 9. n. 17. Sed verus ex ultimo cum Angelo, *verb debitus*, n. 14. Coninch. disp. 26. dub. 4. num. 46. Gaspar Hurtado dicta disp. 8. difficult. 8. hoc bimestre solam concedi lis conjugatis qui animum habent religiosum, capessendit. Dicuntur quia punitio contracti matrimonij tenetur coniuges sibi inuenient reditum debitum, nisi iure Ponitio e o bonum religio nis aliquo tempore haec obligatio suspendatur. At nullis alius conjugibus inuenient suspensa, nisi usque id de religione ingressu tractantur, constat ex cap. ex publico de coniuges conjugar. ubi hoc bimestre, & non alius inuenient concilium. Ergo &c.

§. V I.

De probationibus requisitis, ut matrimonium
contractum nullum esse iudicetur.

- 1 In foro conscientie nulla alia probatio prater testimonium ipsorum contrahentium requiritur.
 - 2 In foro externo insufficientes est contrahentium testimoniam etiam de fido consilia.
 - 3 Quae sint correcte facti consensus late exaniminatur.
 - 4 Si matrimonium dissoluendum sit ob impedimentum affinitatis vel conlangunitatis unico testi non est fides adhibenda necessaria.
 - 5 Non est licet regulariter coniugibus propria autoritate recedere, etiam dum constat nullum esse matrimonium.

IN foro conscientiae nulla alia probatio videtur requiri, praeter testimonium ipsorum concretarum. His enim fides abhinda est; si nisi aliunde colligatur manifesta deceptio, cum in hoc foro sola falsus deponentum spectetur, ut notauit Coniuchi, disputat. 6. dub. 6. in princip. Couarui. 4. decret. 1. part. cap. 4. §. 1. num. 9. Et 2. part. cap. 2. num. 2. Menoch. de presumpt. lib. 1. presump. 7. 7. num. 16. Et lib. 3. presump. 1. num. 29. ¶ 37. Et confit. 3. 5. a. n. 21. volum. 4. Sanch. lib. 2. disp. 4. 5. num. 2.

2. At in foro externo insufficiens est contrahentium testimonium, ut matrimonium contractum dilutorum, tametsi causa dissolutionis sit fictio consensus. Nam esto hec causa poterit interna solum ei qui eam opponit noto esse postficius tamen probatio matrimonio exterioris contracto, et colligunt aperte ex cap*ta* per tuas de probatione; ibi: *Nimis indigneum est inca legittima sancti*on*is;* et quod quisque su*o* voc*e* luc*re* protestans est, ut *utens proprio testimonio su*o* mar*ri*age*m*o*

Quocirca nisi alia conjectura adsit, quæ fictionem adfuisse certò moraliter persuadeat, pro matrimonij valore standum est, ut tradunt Sotus in 4. d. 27. quæst. 1. art. 3. propofit. 1. Nauarr. cap. 22. numero 82. Couaruu. 2. part. decret. cap. 2. numero 4. Sanch. lib. 2. disput. 45. num. 3. & seqq. plures refrenos.

3. Conjectura autem huius ficti consensus aliquae refrenuntur. Prima si cum vir protulit verba consensu incontinenti reuocat, presumi potest per inaduentiam, & inconsiderationem ea protulisse, iuxta Texum in cap. præterea, de refibus cogendis: sicut tradit alis relatis Sanch. dicta disp. 45. numero 6. Quod stante decreto Trident. vix locum habere potest, cum Parochus teneatur contrahentium consensum diligenter explorare, ut bene aduerit Coninch. disp. 26. dub. 6. numer. 70. Secunda, si post contractum matrimonij paulo post affirmet se ficti coalescere, & matrimonium aliud ineat, quia non est presumendum ita ciò reuocatus consenfum presutum, & cum damno prioris vxoris ad alias nuptias transiit: quod est fortior procedit, si ad Ordinem sacram ascendet, vel Religionem ingrediatur. Credi enim non debet hos status ita perfectos assumpturus grauisimum peccatum mortale committens. Sic Angelus, verbo Matrimonij 2. num. 16. Syluest. eodem. quæst. 9. dicto 1. & 3. Nauarr. cap. 22. num. 77. Sanch. lib. 2. disput. 45. num. 7. Cæterum verius censio haec coniceturam ficti consensus plenam non praefare probacionem. Qui enim auctor est Sacramentum matrimonij eludere, & coniugem decipere, quid mirum si audeat Ordinem, vel religionem contra legitimas sanctiones affluere. Quare nisi alia cause adhibeantur ficti consensus, hanc insufficiemt iudicare, ut bene notavit Coninch. disp. 26. dub. 6. num. 71. Tertia si coniux alterius ficti consensu disparis conditionis sit ab alio tum in diuitiis, tum in nobilitate, satis presumi potest fiduciam consensu prebuisse inquit Mechon. de presumpti. lib. 3. presumpt. 1. num. 35. Et cors. 8. 5. num. 20. volum. 4. Couaruu. 4. decret. 2. part. cap. 2. num. 4. Victoria de matrim. num. 249. Palacios in 4. d. 28. disp. 1. Sed neque hanc credere sufficiemt conjecturam ficti consensu, cum sapè videamus viros ex eo amore ductos coniuges pauperes, & ignobiliores assumere, ut bene notauit relatis Rosella, Nauarr. Syluest. & Bartholom. à Ledelina Sanchez dicta disp. 45. numero 8. Vnde eti⁹ feminae permitti possit ex vi huius testimoniij in foro conscientie alteri nubere; at viro in foro externo nequam permittendum est, ut recte dixit Coninch. dicta disp. 26. dub. 6. num. 71. Quarta si testimonium ficti consensus comiteretur metus grauius, et si per se insufficiens ad irritandum matrimonium, quia tunc illa circumsma infelacio ficti consensus simul cum metu moralem certitudinem inducunt defuisse verum animum contrahendi. Sic Sotus in 4. d. 27. quæst. 1. art. 3. propofit. Bartholom. à Ledelina. dub. 19. de matr. quos referit, & sequitur Sanch. lib. 2. disput. 45. numer. 12. Coninch. dicta disp. 26. dub. 6. num. 71. Et hanc conjecturam probandam censeo, maxim⁹ si ex parte puella contingat. Quinta referunt, si eterne coniux facetur ficti consensu, qui ficti consensus nulla alia lucidior probatio haberet, iuxta doctrinam Baldi in leg. fin. numer. 21. Cod. de Heredib. inquit. At haec conjectura mili⁹ insufficiens videatur, cum sapè contingat utriusque coniugij matrimonij contracti ponitere, qui si hac via illud disoluere possem multis fraudibus patet oltum. Facilius enim credi potest, ut recte inquit Coninch. dicto dub. 6. num. 71. eos tunc mentiri, quā ante ficti matrimonium contrahentes, præcipue si publice contractum est, vel consummatum. Debet ergo aliam causam si ficti consensus exhibere. Sexta, quam Doctores plures sufficiemt iudicant, alii insufficiemt alferunt est protelatio contractum matrimonij antecedens. Si enim assertor ficti consensus protestatus fuerit antecedenter ad matrimonium se ficti consenserunt, censemt Ioan. Andreas, Calderinus, Petrus de Ledelina, Manuel Rodriguez relati⁹ à Sanch. & Gutier. locis statim referendis sufficienter probare inualidus contraxisse. Econtra Glossa in cap. tua de sponsalibus, verbo Mulierem communiter approbat à Doctoribus teste Couaruu. 14. decret. 2. part. cap. 2. art. princip. num. 3. Nauarr. cap. 22. num. 78. Maſcard. de probationib. conclus. 12. 43. numero 10. & sequentibus predictam protestationem non prodelle, sed ab ea fuisse recessum facta contrario, scilicet matrimonii contractu. Sed communis sententia, quam multis allegatis tradunt Couaruuias, Maſcard. ubi supra, Thom. Sanch. disput. 44. num. 19. Gutier. de marit. cap. 52. num. 2. predicas sententias conciliant, ut prima procedat si protelatio facta est altero coniuge scientie, & consentiente; secunda, si facta est protelatio altero coniuge ignorantie, vel repugnante. At ut recte aduerit Coninch. dicta disp. 26. dub. 6. scientia alterius coniugis non infert recessum a protestatione, quia consensus non inducit magis quam ignorancia, sed folium præstat, ne contractus factus iniuriolus sit alteri contrahenti. Quapropter perquendunt sunt diligenter causa, quæ ad predictam protestationem mouent, quæ si moraliter loquendo inducant dissensum, & hoc tempore contractus perseuerat,

inualidus iudicari debet contractus, ut concingit si ad matrimonium metu cadente in constantem virum cogatis, & clam eorum testibus proctesteris non conseruantur, nullatenus contractu celebrato censendus es à protestatione recessisse, ut colligatur ex cap. Lothario. 3. quæst. 2. Et cap. 1. de his quæ vi, medietate, lib. 2. disput. 4. 5. num. 22. Maſcard. conclus. 12. 43. 1. 2. Et Gutier. dicto cap. 52. n. 4. predictam doctrinam comprobantibus auctoritate Dini in leg. qui in aliena ff. de acquirenda hereditate. Notanter dixi, si causa protestandi, & dissensiendi tempore contractus perseuerat, nam si cessauit, presumi potest a protestatione recessisse, id est si metu ductus protestatus es dissensum, & sic contraxisse inualidus est contractus. At post contractus copulam liberè habuisti censoris a protestatione recedere, & matrimonium denudò contrahere illis in locis, vbi Tridentin. receput non est, & matrimonium clandestinum contrahi potest, ut colligatur ex cap. insuper 4. Qui matrimonium accusare possunt, verò vbi est Tridentinum recipuum, & matrimonium clandestinum nulla sunt, sicut notat Nauarr. cap. 22. num. 78. Gregorius Lopez, leg. 3. verbo carnaliter, tit. 4. part. 4. Sanch. lib. 2. disput. 45. num. 2. 1. & 2. 3. Gutier. cap. 52. num. 10.

4. Hucusque dictum cum agitur de dissolendo matrimonio ob defectum consensus; si autem ob impedimentum aliquod affinitatis consanguinitatis &c. lis intentetur, vno fidei non necessarij adhiberi debes, immo nec pores, ne propter eius testimonium, vel matrimonium dissoluatur, vel debitum petenti denegetur, quia iura matrimonij possidentis non debent minui ob probacionem tantum probabile, ut constat ex cap. cum à nobis de Testib. & attestacionib. Solum enim illud testimonium se obligat ad veritatem diligenter inveiglandam ea autem diligenter facta, si nosa probatio non superueniat, qua impedimentum plenè probatum debet deponere debes, & in matrimonio, eūque via perfeuerare. Sicut pluribus firmar Sanch. dicta disputata, & num. 24. Doctores namque communiter convenient ad probacionem impedimenti, que pro dissolendo matrimonio necessaria est debere duos testes omni exceptione maiores concurrent ex cap. super eo cap. cum à nobis de Testib. & attestacionib. Hi autem censentur etiam consanguinei si probata vita sunt, & matrimonium illis efficit expidens: tunc enim eorum testimoniun de matrimonij impedimento molia exceptione repellit potest, sicuti repelluntur domestici in cap. in litteris, de Testib. ut bene docuit Gutier. de marit. cap. 44. præcipue à num. 8. Quinimo ipsius contrahentes, vel alter ilorum, si constaret matrimonio cum copula sufficiens, ut eis deponentibus ob impedimento fides adhibetur, maximē si cum eorum depositione fama concurredit, ut aduerit Sanch. d. lib. 2. disput. 45. num. 34. Coninch. dicto 25. dub. 6. conclus. 3.

5. Ad extreum aduerit esto concurrant illi conjecture, que fictum consensus interfuisse demonstrant, vel illa probations, que impedimentum adeo concludant adhuc non licete conjugibus propria autoritate matrimonium dissoluere, si matrimonium publicum sit, sed necessarij Iudicis authoritas requirendita est, ne scandalum generetur. Scis videtur dicendum, si de matrimonio contracto non constat quia fuit clandestinum, vel si publicum fuit, iam testes obviis neque illum adest manifestatio periculum, celsat enim ratio, ob quam authoritas Iudicis requisita est. Arque ita docuit Henr. lib. 1. cap. 11. n. 4. Bartholomeus à Ledelina de marit. dub. 19. in fine. Sanch. lib. 2. disput. 45. num. 13.

P V N C T V M . III.

De filiis gignendis, concupiscentiæque sedanda.

1. Matrimonium in filiorum generationem, & in concupiscentia remedium institutum est.
2. Nullum est peccatum, si coniuges copulentur ob aliquam a dictis finibus.
3. Qualiter ob alios fines extrinsecos eis licet copulari?
4. Qualiter matrimonium prolem legitimam reddat? Refundatur remissione.

1. **M**atrimonium ut de se constar institutum præcipue est in filiorum generationem, ut hac via genitum humanum conserueretur, & multiplicaretur. Deinde institutum est in concupiscentia remedium: quippe post lapsum primi parentis opportunum fuit hoc instituī remedium, ne casea quæ aduersus spiritum concupiscenti voluntatem ad illicios concubitus petrarebatur, id est Paulus 1. Corinb. 7. inquit Propter fornicationem scilicet vitandum, uniusquisque suorum habeat. Et paulo inferius: Revertimur in ipsum: ne tenet vos Sathanas proper incontinentiam vestram. Neque his obstat, quod eodem loco dixerit de coniugibus: Tripliulationem tamen carnis patientur huiusmodi. Nam ut redi exili

explicant D.Thom. Caietan. Cornelius, Iustinian aliique expositores ibi, noluit Paulus significare conuges graviores carnis tentationes pati, quam eos qui matrimonio iuncti non sunt; sed declarantur iustitiae, & tribulationes, quas conuges frequenter patiuntur tum in filiis procreandis, tum in domesticis aliendis, tum in se iuicem supportando; & enim omnia cum ad corporis pertincent, tribulationem carnis Paulus appellavit, ut facientur praecitati Doctores.

2. Ex his inferitur nullum esse peccatum, si conuges copulentur ob aliquem ex predictis finibus, quia operantur ad finem a Deo praeordinatum: ut bene tradit Durand. in 4.d.3.1. quæst.4. Paulus. quæst.2. art.3. Ioann. Major. quæst. vñica art.4. Nauar. cap.16. num.32. Michael de Medina de la crux homini continentalib.3.c.13. Philaret. de officio Sacerdot. 2.art.lib.4.cap.19. Coninch. disp.34. dub.7.concl.1. Saa. verbo debitu num.5. Paul.Layman.lib.5. sum. tract.10.3. part. cap.4. num.2. Gaspar Hurtado disp.10. difficult.2. Neque hanc rectitudinem tolit, tametsi conuges, orationibus, aliisve mediis possent concupiscientiam fedare, quia eis cum soluus effet illis vi, nullo tamen pracepto astringuntur ob eorum vñum ab sua coniugali copula abstineat, cum sit medium à Deo institutum, & ab Apolostro commendatum, ut recte notaui Laym. d. cap.4. num.2.

3. Verum si ob alios fines extrinsecos copulam habeas, sicut ob voluptatem carnis, communiter Doctores docent ut peccatum veniale committere; quia alienum est à rationa- li natura velle bonum delectabile consequi medio nullum per se honestatem habente: vñ ex communis sententia tradit. S.Thom. in 4.d.3.1. quæst.2. art.3. Bonavent. art.3. q.3. Sanch. alii claris. lib.9. disp.11. num.4. At oppositum verius credo, & quidem de copula habita ob fanitatem corporis docent, Ioan. Major. in 4.d.3.1. q. vñica concl.3. Henr. lib.11. cap.15. num.1. Coninch. disp.34. dub.1. concl.2. num.10. Basil. Ponce. lib.1. cap.8. num.9. Si enim licitum est, & ratione recte confidam copiugali copula vñ in conseruationem speciei, cur non licet ea vñ ob conseruationem proprii induci, cum ad hunc conseruationem secundarij fatigem referatur? sicuti bene alii relatis arguit Paul. Layman. lib.5. sum. tract.10. par.3. cap.4. num.1. De copula vero ob voluptatem inde capientiam finimia non sit, probat alii allegatis. Basil. Ponce. d. 10. cap.8. Non enim ratione dissonum est velle delectationem amicorum copulæ coniugali, quia ex se actus est iustitia, & latius dixi. precep. punct.10.

4. Saperat dicesendum qualiter matrimonium possit illegitimum problemati legitimam reddere? Sed de hac qualitate fuis abunde diximus. tract.13. de beneficio. disp.4. punct.1. neque aliquid nouum occurrit notandum.

PUNCTVM IV.

De potestate petendi debitum, & obligatione reddendi, quam coniuges habent.

S. I.

Qualiter coniuges petere debitum possint, & teneantur reddere?

- 1 Vñusquisque coniux alteri tenetur debitum reddere.
- 2 Debet tamen peti tanquam debitum.
- 3 Nec est verbo exprimetur petitio, sed sufficit signis.
- 4 Non est tacita petitio, quod alter periculum incontinentia habeat.
- 5 Negatio debiti legitime petitio, peccatum mortale est.
- 6 Obligatus est coniux simul cum coniuge habitare, nisi necessitas conseruandi familiam urgent.
- 7 item obligatus est coniux conseruare vires necessarias ad debitum reddendum.

Ex potestate à Deo accepta vñusquisque coniux alteri te tradit ad coniugalem copulam, ex qua traditione in quoque resultat potestas vñti corpore alterius, & obligatio reddendi, si petatur. Sic omnes Doctores Catholici tam doctrinam colligentes ex Paulo, 1. Corinth. 7. Vxori vir debitum reddat, similius & vxori viro. Non enim dixit Paulus: Vir debitum petat, sed reddat, quia petitio coitus libera est, neque coniugem arcta quaneumuis variis temptationibus vexet, potest enim orationibus, ieiuniis, aliisque mediis periculo incontinentiam confundere. Quapropter sola redditio est in praecpte, & obligat, sub mortali, cum debitum petitur tanquam debitum sive expresso, sive tacito, serio, constante & rationabiliter, vñ ex omnium sententia tradunt. S.Thom. in 4. disp.32. q. vñica art.2. quæst.1. Durand. q.1. art.1. Nauar. cap.16. num.2.6. Paul. Layman. lib.5. tract.10. par.3. c.1. num.1. Coninch. disp.34. de mair. dub.2. conclus.3. Gaspar Hurtado disp.10. difficult.1. num.3. q. Basil. Ponce. lib.10. de mair. c.2. num.4.

2. Expendenda sunt verba huius obligationis. Vñgut obligeris sub mortali reddere debitum. Nam si constet oñum tibi per ex gratia, & benevolentia absque animo inducendi obligationem, negotio debiti eo casu peccatum non erit, quia non est petenti iniuria, cum non ex iustitia petat: vt bene aduerit Rebell. de mair. lib.2. q.16. loc.1. Gaspar Hurtado di- eta disp.10. difficult.11. num.5. Deinde debet peti serio, & constanter, quomodo petendi indicatur peti tanquam debitum, sibi quis molestat esse si denegetur. Item debet petio rationalibus esse, non immoderata quod prudentis arbitrio spectata coniugum condione diuidicandum est.

3. Neque eoperte prædictam petitionem verbis exprimi, sufficit si aliquibus signis indicetur, sive enim feminæ naturali pudore impedita non audiret expressè debitum petere, sed soluta aliquibus signis sibi animum indicant, quod sufficiens est, ut vir teneatur reddere, vt est omnium sententia. Et idem est ratio comingere potest in vñro comparatione feminæ, à qua ob eius autoritatem, vel morum asperitatem debitum non auderet expressè petere, sed tacite, cui feminæ tenetur sub obligations annuere. vt recle notaui Sanch. lib.9. disp.2. m.4. & Basil. Ponce lib.10. cap.2. m.2.

4. Addit Basil. esse tacitum petendi genus, si coniugi periculum incontinentia substeat, nisi cum ea copulam habeas, tametsi illam habendam necessarium sit quod debitum exigas, illi enim debiti exactio, redditio est debiti à necessitate petiti. Quippe matrimonium in concupiscentia remedium institutum est, ac proinde ex illo videtur coniuges obligari sibi inuicem pericula incontinentia removere. Sed reclus Coninch. disp.34. dub.2. conclus.2. num.14. Gaspar Hurtado disp.10. difficult.11. num.46. censent ex matrimonij contractu te obligatum non esse ab alio debitum ex gere, vt periculum incontinentia in eis vites, quia per matrimonium tuum corpus alterius tradis, vt ex virat, cum sibi rationabiliter placuerit, non autem ut cum obliges ad illius vñsum: alias obligatus estes petere debitum, tametsi agnosceres coniugem non confidum. Quid verò matrimonium in concupiscentia remedium institutum sit, id solùm probat quemlibet coniugem potestatibz habere corpore alterius vñsum, vt in concupiscentiam sedet, & obligationem reddendi cum sibi fuerit postulatum, vt in altero incontinentiam eviter. Illud verò est certum obligatum esse quemlibet coniugem incontinentia pericula ab alio coniuge removere, sicut & quodlibet aliud peccandi periculum: ratione enim mutua subordinationis vñusquisque alterius salutis consilere tenetur, vt bene notaui Coninch. d. dub.2. n.5.

5. Verum esti negatio debiti sic petiti regulariter peccatum mortale sit, si nulla substeat legirima causa negandi, aliquidque inquit Eman. Saa; verbo debitum. num.18. Sanch. lib.9. disp.2. à 1.10. Basil. Ponce. lib.10. cap.2. num.5. Paul. Layman. & Coninch. suprà. vñre peti debiti ob levitatem materiae, vt si non absolutè negasti, sed aliquantulum diffulisti, aut si aliqua tergiversatione a petitione coniugem auertisti. Quinimo Basilio placet, si negatio continua non sit, sed vna, vel altera vice, aut si petenti manè reddas nocte non esse mortale peccato incontinentia periculo. Quod probandum non censeo. Tum quia vñica negatio debiti serio, instanter, & legitimè petiti gravis materia esse videatur, & sufficiens occasio excitandi rixas, discordias, & inimicitiás inter coniuges. Tum quia periculum incontinentia frequenter timeri potest, si repus debitum concedere tempore quo coniux ad coitum excitatus est, neque huic periculo consulis nocturna concessione debiti manè postulari. Quocirca causè procedérum est, & potius præstat petenti absque difficultate annuere, quam aliquam in redictione difficultatem ostendere, se coniugalis amor minuatur, & ad illicita percurat.

6. Hinc inferies, obligatum esse coniugem simul cum coniuge habitare, neque poli ea renunciare longam peregrinationem, & rebus domesticis augendis, vel conseruandis non necessarium instituere. At si necessitas alendæ familie postulet non debet peregrinationem omittere, vt voluptutis coniugali satisfaciat. Breves autem peregrinationes vñs, & consuetudo in vñris permitit, secus in feminis vñris non consentiente: vt hac omnia tradit Sanch. lib.9. disp.4. per totum Coninch. dub.2. in fine.

7. Secundo inferes obligatum esse coniugem conseruare vires necessarias, vt debitum iuste petitum reddere possit, quia est medium necessarium, vt obligatio reddendi debitum satisfacias, sicuti notaui Basil. Ponce. lib.10. cap.2. num.6. Vnde si aduerit pollutionibus voluntariis aut copula cum alienis, sive reddi non possit, imponetem ad coniugalem vñsum, sine dubio peccat contra iustitiam, & ius debiti matrimonio, vt aduerit Sanch. lib.9. disp.3. num.3. Basil. Ponce. d. cap.2. num.6. Layman. lib.5. tract.10.1. part. cap.1. num.2. Quinimo obligatus est à ieiuniis, & penitentiis etiam praecipiti abstinere, si ob ilorum executionem aduerat ab vñsi coniugali impediri, quia obligatio iustitiae, quam excutere non potest cuiuslibet alteri obligationi præferenda est: raro tamen hic effectus ex obseruatione præcepti Ecclesiastici

H 4 prove

prouenit; ad summum namque vires minuantur aliquantulum, quod nullius consideratis est, neque a praepcis exequendis excusat. Atque ita docent Nauar. cap. 2. 1. num. 6. Sanch. lib. 9. disp. 4. num. 10. Valen. 2. 2. disp. 9. 9. 2. punct. 5. vers. neceſtas excusat. Coninch. disp. 34. dub. 2. num. 18. Gaspar Hurtado disp. 10. de matrim. difficult. 11. num. 5. Basili. Ponce. & Layman *sapra*. Ob eandem rationem vir ob aduentus ob ieiunia fe reddi palidam, vel deformem; ita ut vito occasionem praebeat, vt ab ea animum auerteret, & ad alienas se applicet, obligata est a praedictis desistere. Sic Sanch. Basili. Hurtado, & Coninch. *sapra*.

§ II.

Qualiter coniugibus, & sponsis liceant amplexus, oculi, & tactus impudici?

1. *Seclusa causa* urgente tactus impudici mortales sunt, si adgit pollutione periculum.
2. *At causa* urgente prædicta licet in coniugibus.
3. Prædictos tactus exercitos, ubi copula haberetur, aliquibus placet esse mortales.
4. *Veritus* est oppositum.
5. Quando exercentur ab uno coniuge in absentia alterius, mortales sunt iuxta communem sententiam.
6. Probabile est a mortali excusari.
7. Tactus, quibus membrum virile, in vas prepostorum feminam refricator mortales sunt: quidquid alij contraria sentiant.
8. Sponsis defuturo licita sunt oculi, amplexus, & tactus alias honesti, feciis de se turpes.

Ferd omnes Doctores conueniunt, tactus in partibus verendis seclusa causa urgente esse mortales, si adgit pollutionis periculum etiam non intenta. Nam esto huiusmodi tactus liciti sunt coniugans: eo quod sunt via, & medium ad copulam habendum: at cum sub hac ratione non affluntur, si periculum adgit pollutoris, illicti omnino reduntur, quippe tam coniugatus, qui solus tenet non procurare feminis effusionem: at adhibere causas proxime & per se pollutionem excitantes, sicuti sunt tactus turpes, est virtus litter pollutionem procureare. Ergo in eo euenuit prædicti tactus omnino illicti sunt. Atque ita ex omnium sententia tradit Sanch. lib. 9. de matr. disp. 4. 5. num. 16. iuncto num. 34. Vazq. 1. 2. disp. 1. 5. cap. 2. Coninch. disp. 34. dub. vii. consil. 2. & alij passim.

2. Notanter dixi *seclusa causa* urgente: nam ex hanc interuenient pollutor ex prædictis tactibus subiecta non censetur volita, & procura, sed peccatum, ut chirurgus tangens verenda facit cum pollutionis periculo absque periculo confessus a peccato excusat. Quia ratione amplexus, oculi, & tactus alias honesti a mortali in coniugibus excusare, etiam pollutionis non intenta periculum adgit, quia adit virgines cauila eos exercendi; nempè ad muruum amorem indicandum, & fonsendum, sicut bene notauit Sanch. lib. 9. disp. 4. 5. num. 3. 8. Secus vero confesso dicendum de tactibus inhonestis, tametsi ab altero coniuge peccatur, quia interueniente pollutoris periculo, non habet ius illos petendi, idoque cessat cauila virginis, que illos honestare possit, esto contrarium videatur sentire Sanch. dicta disp. 4. 5. num. 3. cuius deputata coruit ex temperamento, & limitatione ab ipso ibidem positâ.

Secundo autem pollutionis periculus prædicti tactus alias turpes, & inhonesti liciti sunt in coniugibus. Si enim copula coniugalis illis licita est, licet debent media, quæ ad ipsam per se referuntur, sicuti tradunt Doctores prædicti.

3. Solùm est dubium, quando prædicti tactus exercentur eo in loco, in quo copula coniugalis haberi nequit, vel exercentur absque animo habendi copulam, sed solùm ob captandam eorum delectationem. Tunc enim non videtur licere, cum cetera causa, ob quam permittetur scilicet iuncta naturam ad copulam coniugalem. Sic Antonin. 3. p. 1. t. cap. 2. o. 6. Sylvest. verbo Debitum. q. 9. numero 7. Margarita Confessorum 6. precepto casu. 7. Humada super leg. 2. rit. 1. part. 1. glossa. 2. num. 18. Sed rectius Sanch. lib. 9. disp. 4. 4. num. 12. Vazq. 1. 2. disp. 1. 3. num. 3. & 4. Coninch. disp. 34. dub. vlt. in fine. Gaspar Hurtado disp. 10. difficult. 10. num. 4. 6. excusare prædictos tactus, oculi, & amplexus a culpa lethali, quia non honestantur ex copula, ad quam suape natura referuntur, sed ex matrimonio, quod ius ad copulam tribuit, & consequenter ad media, quæ per se ad habendam copulam referuntur.

4. Gravior difficultas est, Quando prædicti tactus ob eorum delectationem exercentur ab uno coniuge in absentia alterius, an eo casu sint mortales? Et quidem si coniux absens speratur proxime venturus, prædicti tactus culpâ vacant, si eos exercetas animo copulam cum illo habendi, quia cen-

tendus es quasi in præsenti illos exercere, & te ad eum coniugalem præparare, vt benè Vazq. 1. 2. disp. 1. 3. num. 4. At si habeatur prædicti tactus abesse animo coniugalis copula sola causa percipienda voluptatis, credit Vazq. *sapra*, & Amilla, verbo *Impudicitia*. num. 3. esse mortale. Mori possumus, quia ex matrimonio non habes potestatem tuo corpore vivi, vel illi reddas, ar in præsenti casu nec debitum petere, nec reddere intendis. Non igitur tibi licet prædictus vlt. Deinde illi tactus, & carnis commotio ex te referuntur ad pollutionem, vel cotum. Ad cotum autem ut impossibile nequam referri possumus. Restat ergo, ut ad pollutionem referatur. Ergo sunt omnino illiciti.

5. Ceterum esti prædicta sententia tenenda, & consulenda si oppositum autem, quam defendit Sanch. lib. 9. disp. 4. num. 16. Ochagavia, truct. 5. de matr. q. 12. Gaspar Hurtado disp. 10. difficult. 10. num. 47. probabilem esse censeo, eo quod illi tactus, virtus coniugis natura sum referuntur ad copulam coniugalem, à qua relatione non eximuntur, & copulam non intendas, vel impossibilis sit ob alterius coniugis absentiam. Hæc enim per accidens contingit, que relatione intrinsecam illorum tactuum non mutant. Proterea sicut ex matrimonio prouenit copulæ coniugali honestas, sic tactibus, qui copulæ desertere possunt, tamen per accidens non desertantur.

6. Sed quid dicendum de tactibus, quibus membrum virile in vas prepostorum feminam intromittitur, vel in eius superficie reficeratur animo non ibidem consummandi, sed se excitandi ad consummationem in vase naturali. Aliquis videri posse hoc non esse peccatum mortale, quia licet est iuncta naturam tactus ad copulam coniugalem illi autem tactus esti videantur ad Sodomiticam copulam referi, de facto tamen non referuntur. Ergo eorum inordinatio culpan veniale non excedit. Quod confiteari potest ex eo quod tactus, quibus pudendum in os feminam intromittitur, vel inter eius crura reficeratur animo ibidem consummandi, sed potius animo coniugalem copulam habendocommuniter Doctores confent teste Sanch. lib. 9. disp. 17. num. 4. & 5. non est culpam mortalem, tametsi illa membra conjugali copulæ apta non sunt. Ego idem erit de vase prepostero: aque ita indicat Nauar. 1. 5. consil. 1. de penit. & remiss. cons. 7. Et de reficeratione padeni in superficie vase prepostero affirmat expreſſe Sanch. dicta disp. 17. num. 5. culpan veniale non excedere, tametsi de intromissione pudenda in vas prepostorum contrarium sentiat. Ceterum non loquam de intromissione membra viriles in vas feminam prepostorum (quod certum esse debet,) sed etiam de reficeratione illius in predicti vase superficie, existimo esse peccatum mortale, tametsi absit periculum pollutionis, & haec non consummandi in vase naturali feminæ, quia prædicti tactus censendi sit Sodomiticæ copulæ inchoatio, ex quod ex 1. & 2. scripta eorum natura, ad ipsam referantur, quam relationem non tollit agentis intentio. Secus est cum os feminæ, vel eius crura, aliaeque corporis partes tangentes assumunt ad excitandam naturam, quia speciem conjugis conditions & frequenti vlt., & conuentione se cognoscendi illi partibus vntant, ut majori cum voluptate copulam coniugalem habeant: sic docuit Basili. Ponce. lib. 1. cap. 1. num. 5.

7. Superdictum dicendum de sponsis de futuro: Breueri respondet illis fictis esse amplexus, oculi, & tactus alias honestos, secus de se turpes, qua ratione contractus iuncti habentur videtur tenui illis mediis ex se indifferentibus qui mutuum amorem excitant, & fons, idoque est vlt. & consuetudine introductum, absit tamen debet pollutionis vel cotum periculum: sic docent Nauar. cap. 14. m. 18. & cap. 16. num. 12. Valen. 2. 2. disp. 9. 9. 3. p. 3. ad finem. Saa vero, Luria, s. oculi, & tactus. Sanch. plures referens, disputat. num. 4. 8.

§ III.

Quiliter coniuges vti matrimonio debeant vi à culpa immunes sint?

1. Vt naturali vlt debent, nec est mortale, eriam in accidenti aliquo sit variatio.
2. Affirmant plures coniages copulam incipientes, obligatos esse eam absoluere. Alij prædictam sententiam temperant.
3. Quid sentiendum?
4. Non est opus, ut vtriusque coniugis seminatio concubationem.
5. Feminæ prius seminans obligata est expectare vtrii seminationem.
6. Veritus est recedente viro non esse licitum feminæ se pretere ad seminandum.
7. Si post contractum matrimonium nequerat vir intra vnu seminare, dum est dubia impotencia copulandi possunt, secundum certa sit.

- 8 Omnes conuenient obligatam esse feminam conceptum semen serinere.
 9 Ob nullam causam licet feminam directe procurare aborsum factus, qui probabiliter creditur animatus.
 10 Si factus animatus non sit, plures consentient lictum esse.
 11 Verius est hanc procurationem directam illigitam esse.
 12 Fatto probabilitate animato negant aliqui licet feminam medicamentis vti, ut sua saluti consulat cum periculo aborsus.
 13 Verius est oppositum.
 14 Medico predicta medicamenta applicare licet, immo obligatur.
 15 Proponitur dubitandi ratio, an abusus uxoris contra naturam contineat specialem malitiam?
 16 Resoluunt continevere.
 17 Explicandum est in confessione huicmodi, abusum factum esse cum propria uxore.

Secunda pars conclusionis, scilicet te posse reddere difficerat, eo quod videaris cooperari iniqua actioni petenti: si si attenetur consideretur nulla est iniqua actioni cooperatio: quippe illa copula coniugalis secundum se illicita non est, sed solum quatenus pertinet ab incestuoso: at petitioni incestuosi non cooperari formaliter, siquidem solum ad petendum non incitasti, sed solum cooperaris copula petita. Ergo nulla in malitia cooperatio adest. Ex alia autem parte delictum incestuoso grauare non debet, ut dicitur cap. transmissa cap. tua de eo qui cognovit consanguineum. Ergo ex quæ debes liber esse ad petendum, & reddendum ac si delictum consum non esset. Atque ita docet Lederm. 2. part. 4. q. 60. art. 4. post prime. Sanch. lib. 9. disp. 6. num. 12. Layman. lib. 5. tract. 10. 3. part. cap. 1. num. 15.

S. VII.

Qualiter voto castitatis emissio ante, vel post matrimonium impeditur coniuges à petitione redditioneque debiti?

1. *Astrictus castitatis voto peccat mortaliter matrimonium contrahens.*
2. *Contracto matrimonio abstineret debet à debiti petitione. Nec reddere debet priori bimeti.*
3. *Religionem ingredi affirmant plures esse obligatum.*
4. *Verius est obligatum non esse.*
5. *Consummato matrimonio tenetur coniux castitatem vicens reddere petenti. & mortuā uxore castitatem seruare.*
6. *Si votum castitatis emissum sit matrimonio contracto ex licentia conjugis nec petere, nec reddere potest.*
7. *Si emissum sit nesciente coniuge, et si aliqui censeant innullum esse; verius est predictum votum valere.*
8. *Satisfit opposita ratione.*
9. *Qui castitatem vici diuinito legitime facta, non potest coniugi adultera reconciliari.*

1. *Pro certo habendum est astrictum castitatis voto peccare mortaliter contrahendo matrimonium, tamen animum habeat ingrediri religionem ante consummationem. Tum quia manifestissimo periculo exponitur intentum non exequi. Tum quia coniugem decipit ea intentione contrahendo, quia si manifestata sibi esset, verosimilior est non contractum.*
2. *Contracto matrimonio abstineret omnino debet à debiti petitione, quoque dispensationem obtineat, quia id praestare potest abligare conjugis iniuria. Reddere autem priori bimeti nequit, quia eo tempore in favorem religionis non affinguntur coniuges ad reddendum, maximè si de religione assumpta cogitauerint. At votum obligari ad castitatem seruandam, quies sequari potest.*
3. *Quaestionem haberet, An Religionem ingredi teneretur? Affinat D. Thom. in 4. d. 32. quæst. 1. art. 3. quæstionem 2. ad 3. Sylvest. verbo Matrimonium 7. quæst. 5. dicto 4. Angel. lib. 11. num. 4. Rofell. verbo Impedimentum, imped. 4. num. 7. Et alii plures relati à Sanch. lib. 9. disp. 3. num. 3. quibus adhæret Laym. lib. 5. tract. 10. 3. part. cap. 1. num. 12. censem, si voto castitatis alterius posse petere debitum, quoties alteri conjugi eius votum onerolum sit, vel periculum incontinentia habeat, eo quod ab ipso debitum non patetur. Nam ut recte inquit Coninch. disput. 34. dub. 6. num. 47. non tenetur coniux vitare quidquid in alio coniuge molestum sit; alias non tenetur breves peregrinationes promissas facere, neque aliqua negotia expedire, si dicit aliquantulum molestum illi conjugi, et enim molestia sibi imputari debet, à qua facili se liberare potest, debitum falefacere potendo. Et eadem ratione periculo incontinentie occurrere potest. Quod si nolit conjugius ex malitia peccare, & videntem obligatum non esse aduersus suum votum procedere, ut prædictæ incontinentie consulat. Nam si vicens simili cum coniuge habitans ob vitandum periculum proprie incontinentia quod necessariò futurum est, non potest debitum petere, a fortiori nec poterit ob vitandum periculum incontinentia conjugis, cum magis periculum proprio, quam alieno prospicere debeat. Alias si viceque ex munio consenserit castitatem vicens, posset vniquisque ob alterius incontinentia periculum debitum petere, quod nemo concedet. Neque est simile de impedimento affinitatis contracto: hoc enim non potest coniux alteri manifestare, quia esset manifestare propriam turpitudinem, & alienam; id est si inquam perat debitum, occasionem præter concipiendi vel sic coniungim impeditum esse, vel odio, aut despectu haren. At votum abligare vlo in modo manuteneat coniugi potest. Quo manifestato cessat occasio inique suspicione, ad quam manifestacionem reputo esse videntem obligatum. Quia immo credo ob periculum incontinentie obligari dispecaulationem illius voti petere, ut recte Coninch. num. 52.*
4. *Verius tamen est obligatum non esse Religionem ingredi, tamen voto emiserit post matrimonium contractum ante illius consummationem, nisi forte tempore emissionis voti cogitaserit nullum aliud superesse medium exequendi votum præter Religionem ingrellum. Quia non est censendum se velle obligare pro voti executione ad assumendum medium, quod difficilis est ipsa re promissa. Secùs est quando tempore emissionis voti agnoscerit nullum aliud superesse remedium voti exequendi, quia eo casu qui ratus est censetur medium tacite promitti, ne iritatoria promissio sit. Atque ita docet Sotus in 4. d. 3. quæst. 2. art. 1. & quid autem. Henr. lib. 12. cap. 2. num. 8. Saa. verbo Matrimonium de impedimentis, dirimenti, num. 3. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 4. dub. 5. num. 52. Coninch. disp. 34. dub. 5. num. 3. Sanch. lib. 9. disp. 34. n. 3. Basil. Ponce, lib. 10. cap. 5. num. 12. Gaspar Hurtado, disp. 10. difficult. 8. num. 3. Layman. lib. 5. tract. 10. 3. part. cap. 1. num. 11. & colligitur aperte ex extrinsec. Ioann. XXII. Antiqua de votis, vbi Pontifex decernit cum, qui post contractum matrimonii un ante consummationem insignis fuit Sacris non esse obligatum Religionem ingredi, præsumit enim Pontifex non habuisse intentionem se obligandi ad medium ita arduum, & difficile.*
5. *Consummato vero matrimonio, siue cum peccato, siue absque illo tenetur coniux castitatem vicens reddere petenti debitum, quoties ipsi fuerit rationabiliter petitus, quia nequit priuate coniugem iure ex iustitia per matrimonium quæsto: & colligitur manifestè ex cap. quidam, cap. placet de coniunctis, coniugator. & ut certum docet Basil. Ponce, lib. 10. cap. 5. num. 6. Verum mortuā coniuge, vel ipsa adulterium commitente, cum in his eventibus feruare castitatem possit, sine dubio voto affingitur, ut ex omnium sententia tradit. Coninch. disp. 34. dub. 5. num. 37. Lessius lib. 2. cap. 41. num. 53. Paul. Layman. lib. 5. tract. 10. 3. part. cap. 1. num. 1.*
6. *Quod si votum emissum sit post matrimonium subdistinguendum est, si sit emissum ex licentia conjugis nec petere, nec reddere potest, quia consentiens tacite iuri, quod habebat petendi, cessit. Et idem est, si ex communī consensu castitatem vicens, neuer potest petere, aut reddere, sed sunt iunctio separandi, ut bene norauit Lessius lib. 2. de iustit. capit. 40. dub. 15. & capit. 41. dub. 6. Coninch. disput. 34. dub. 6. initio, numero 39. & in fine numero 53. Basil. Ponce,*

lib. 10. cap. 5. num. 20. Layman. lib. 5. tract. 10. 3. part. capite 1. num. 12.

At si votum emissum sit nesciente, vel non consciente coniuge, esti D. Thom. in 4. d. 32. quæst. vñica art. 4. ad 3. Psal. ludan. ibi disp. 3. quæst. 3. art. 5. conclus. 4. in fine. Pet. de Soto secr. 16. de mar. §. vlt. & alij censeant prædictum votum castitatis inuidum esse, eo quod coniux se obligare non possit ad debitum non reddendum, vt de se constat, neque etiam ad non perendum, cum cedar in non leue conjugis gravamen, quia semper petere obligaretur, suspcionemque præberet coniugi vel odij, vel defectus, ob quas rationes superius diximus, probabile esse altricium impedimento affinitatis peteri aliquando posse. At longè verius est, & facte certum validum esse prædictum votum, vi docent alii relatis Henr. lib. 11. cap. 1. num. 8. Nauart. cap. 12. num. 60. Lessius, lib. 2. c. 40. num. 99. Sanch. lib. 9. disp. 3. 5. num. 2. 5. Coninch. disp. 34. dub. 6. num. 49. Basil. Ponce, lib. 10. cap. 5. num. 10. Laym. lib. tract. 10. 3. part. cap. 1. num. 12. Et colligitur aperte ex cat. quæst. Cap. placet de coniunctis coniugis. Etenim coniux validus se voto castitatis affringit, quæ ablique prædictio alterius coniugis obseruari potest. At coniux matrimonij lega ad perendum debitum non affringitur, & commissio adulterio ab alio coniuge neque ad reddendum. Ergo ad hæc omnia voto castitatis obligari potest.

Neque obstat ratio in contrarium adducta, ob quam Victoria in sum. num. 293. syllæbus verbo Matrimonium 7. quæst. 5. dicto 4. Angel. lib. 11. num. 4. Rofell. verbo Impedimentum, imped. 4. num. 7. Et alii plures relati à Sanch. lib. 9. disp. 7. num. 3. quibus adhæret Laym. lib. 5. tract. 10. 3. part. cap. 1. num. 12. censem, si voto castitatis alterius posse petere debitum, quoties alteri conjugi eius votum onerolum sit, vel periculum incontinentia habeat, eo quod ab ipso debitum non patetur. Nam ut recte inquit Coninch. disput. 34. dub. 6. num. 47. non tenetur coniux vitare quidquid in alio coniuge molestum sit; alias non tenetur breves peregrinationes promissas facere, neque aliqua negotia expedire, si dicit aliquantulum molestum illi conjugi, et enim molestia sibi imputari debet, à qua facili se liberare potest, debitum falefacere potendo. Et eadem ratione periculo incontinentie occurrere potest. Quod si nolit conjugius ex malitia peccare, & videntem obligatum non esse aduersus suum votum procedere, ut prædictæ incontinentie consulat. Nam si vicens simili cum coniuge habitans ob vitandum periculum proprie incontinentia quod necessariò futurum est, non potest debitum petere, a fortiori nec poterit ob vitandum periculum incontinentia conjugis, cum magis periculum proprio, quam alieno prospicere debeat. Alias si viceque ex munio consenserit castitatem vicens, posset vniquisque ob alterius incontinentia periculum debitum petere, quod nemo concedet. Neque est simile de impedimento affinitatis contracto: hoc enim non potest coniux alteri manifestare, quia esset manifestare propriam turpitudinem, & alienam; id est si inquam perat debitum, occasionem præter concipiendi vel sic coniungim impeditum esse, vel odio, aut despectu haren. At votum abligare vlo in modo manuteneat coniugi potest. Quo manifestato cessat occasio inique suspicione, ad quam manifestacionem reputo esse videntem obligatum. Quia immo credo ob periculum incontinentie obligari dispecaulationem illius voti petere, ut recte Coninch. num. 52.

At, voto peruertere non probe senserit Sanchez lib. 9. disputatio. 35. numero 28. alterius prædictum votum castitatis non impedit, quin vicens coniugi adulterio reconcilietur, illuc debitum reddat, eo quod nunquam fuit factum de debito non reddendo, sed non petendo. Quippe censemendum est factum iuxta presentem statum, in quo nequam obligari poterat ad non reddendum. Hac inquam sententia mihi nullo modo probatur, alias si vicens absolue castitatem posset vniquisque aliud matrimonium inire, quod Sanch. non concedit. Signum ergo est sub voto comprehendisse eam castitatem, quam sine preiudicio coniugis praestare posset, atque adeo obligari ad non perendum debitum, tum ad non reddendum, quando licet abstineret à redditione potest, tum ad non contrahendum matrimonium coniuge mortuā, ut recte tradit Coninch. dicta disput. 34. dub. 6. num. 50. Basil. Ponce, lib. 10. cap. 5. num. 19.

S. VIII.

Qualiter votum non contrahendi matrimonium, sacros Ordines suscipiendi, Religionemque in-grediendi impeditat debiti petitionem & redditionem?

1. *Vicens matrimonium non contrahere peccat: non solum contrahens, sed consummans.*
2. *Vicens sacros Ordines peccat: graviter matrimonium contrahendo.*

Africenus

- ¶ Africinus religionis voto peccati matrimonium contrahens, nisi animum habens ante consummationem Religionem ingrediendi.
- ¶ Quid si ex mutuo consensu coniuges Religionem voleant anid consummatum matrimonium.
- ¶ Si post consummatum matrimonium Religionem ex mutuo consensu voleat, nemo tenetur ingredi, alio non ingrediente.

VOENS matrimonium non contrahere peccat grauiter matrimonium contrahendo, an vero peccet illud consummans? Alii affirmant, alii negant, ut videtur est apud Sanch. lib. 9. disp. 34. n. 6. Verius existimatur peccatum, si non coacte expelte voluntate ad solum contractum se obligare; et quod voleas a matrimonio abstinere praecepit voleare censetur abstineat a copula, quia matrimonio annexa est, cum ex affectu castitatis illud votum emiserit. Neque his obstat, quod iurans contrahere matrimonium satisfaciat iuramento matrimonium contrahendo, tametsi illud non consummatur; quia matrimonij contractus imbibitam in se habet conditionem, nisi meliorum statum elegero, at abstinentia a matrimonio potius imbibit conditionem abstinenti a copula quam econtra; id eoque videatur vtrumque sub voto comprehendisse. Atque ita docet Ioann. Azor. t. 1. lib. 11. cap. 21. quæst. 7. Basili. Ponce, lib. 10. cap. 5. num. 16. consummato autem matrimonio licet poterit petere, & reddere, quia non est verisimile sub predicto voto ea comprehendisse, alias esset vorum absoluæ castitatis. Quod coniunctur ex his quæ tradit Sanch. d. disp. 34. num. 7.

Deinde voleant sacros Ordines suscipere hæc dubio grauiter peccas matrimonium contrahendo, maximè si animo consummandi contraxeris; cum te reddas voti executioni impotentes. Si autem animo ingrediendi religionem contrahas, peccas tum ob periculum deflentis ab ea intentione, & consummanti matrimonium: tum ob deceptionem coniugis factam, quia nullatenus contraheret, si cum animum agnoscet. Contracto matrimonio non tenoris Religionem ingrediens sit medium vincum voti exequendi, quia non censoris obligatus ad assumendum medium ipsa re promissa difficultas, ut expressè decimus est à Ioann. XXII. in extravaug. Antiquæ de Voto. Quare & petere, & reddere debitum potes; quia id voto non repugnat, sicut tradit Coninch. disp. 34. dub. n. 54. Basili. Ponce, lib. 10. c. 5. n. 15. Mortua vero vxore, vel adulterante, vel Religionem ingrediende teneris vorum impotentes, quia licite præstare potes, ut bene adiuvet Coninch. saprà.

Si vero astriktus es Religionis voto peccas matrimonium contrahendo, tametsi animum habebas ante confirmationem Religionem ingredi, tum ob periculum non exequendi votum, tum ob coniugis deceptionem, obligatusque es ante consummatum matrimonium votum implere, nisi forte consummatio matrimonij necessaria sit; ut obligationi ex iustitia debita satisficas, eo quod sub spe coniugij conjugem supraveris. Consummato matrimonio licet petere, & reddere potes, quia votum religionis cum non sit vorum castitatis non te obligat abstineat à predictis. At si coniux moriar, vel adulterium committat, aliamautem cautam diuertit tribuat, obligatus es vorum exequi, quia impeditus non es, ut tradit ex communis sententiæ Sanch. lib. 9. disp. 33. quæst. 2. & disputat. 35. num. 10. Azor. t. 1. lib. 11. cap. 21. quæst. 8. Basili. Ponce, lib. 10. cap. 5. num. 4. Coninch. disputat. 34. dub. 7. num. 55.

Sed quid si ex mutuo consensu coniuges Religionem ante consummatum matrimonium voleant, peccatne matrimonium consummandum? Huic questioni optimè responderet Coninch. dicta disputat. 34. dub. 7. & num. 57. adhibita ita distinctione, sienam vnuquisque voleat Religionem dependenter ab alterius in Religionem ingredi, non peccat matrimonium non consummandum, quia nemo obligatus fuit Religionem ingredi nisi altero ingrediente. Quod si vterque nolit ingredi, utrumque liber est ab obligatione, siquidem deficit conditio ad voti obligationem necessaria. At si vnuquisque voleat Religionem, non quidem dependenter ab alterius in Religionem ingredi, sed dependenter ab eius voto, eo quod promittere, Religionem ingredi, si alius similem præstiterit promissionem; promissione ab utroque facta quilibet tenetur Religionem ingredi, et si alius non ingrediatur; quia apponita fuit conditio ad obligationem voti requisita. Quo casu manifestum est, utrumque mortaliter peccare matrimonium consummandum, cum exponenti evidenti periculo votum non exequendi; vel quia alter nolens Religionem intrare comparet cogit ad secum cohabitantum, vel quia ex copula habita redundunt impotentes ad ingressum, si forte si huius concipiatur.

Verum si post consummatum matrimonium Religionem ex munio consensu voleant, nemo tenetur Religionem ingredi alio non ingrediente, nisi forte vxor lenex sit, & de incontinentia periculo minime suspecta. Quo casu solum de Ferri. Castro. Sum. Mor. Pars V.

peccat ille per quem stat, quominus votum impleatur alius nempe impotentia excusat. At si nolens ingredi moriatur, vel occasionem diuertit dederit, alter obligatur ingredi, si Religioni aptus sit. Quandiu vero non ingrediuntur copulæ vacare possunt, nisi periculum si concipiendi, ob quam caufam impedianter à Religionis ingressu: hac omnia notauit Coninch. disp. 34. dub. 7. num. 63. Et consentit Basili. lib. 10. cap. 4. num. 20.

§. IX.

An certitudo, opinio vel dubium de matrimonij contracti nullitate, impedietius vñum?

- 1 Ob nullam causam petere, vel reddere debitum potes certus de matrimonij nullitate.
- 2 Si solum opinionem habebas nullitatis reddere teneris potest.
- 3 Affirmans Sanch. te petere posse.
- 4 Verius est distinctione esse vñendum.
- 5 Quoties impeditus es à petitione debiti, alter non tenetur tibi reddere.
- 6 Si dubius es de matrimonij valore, & cum eo dubio contrixisti, non potes petere. Secus si bona fide fuit matrimonium consummatum.

OMNES Doctores aduersus Magist. in 4. d. 3. in fine. & Hugo de Sancto Victore de Sacram. part. 1. lib. 1. cap. 6. firmatur ob nullam caufam posse petere, vel reddere debitum qui certus est matrimonium contractum esse nullum; esto nullitas prouenient ex impedimento iure humano introducto, eo quod accederet ad non suam, & consequenter fornicationem committeret, quia intrinsecè mala est; & nulo fine honestari potest, scitu expressè definitur cap. Inquisitioni 44. de sententiæ excommunicat. Et cap. litteris de refutat. spoliat.

Neque his obest, quod Episcopus sub excommunicatione præcipiat matrimonij vñum, quia illud præcepsum procedit ex falso præsumptione, quæ credit nullum subesse impedimentum, ac proinde in conscientia nullam inducit obligationem. Neque item præsumi debet Episcopus ea coactione viens velle in impedimento dispensare: tum quia sèpè impedimentum est quod humana autoritate tolli non potest. Tum quia detecto postea impedimento coniuges separantur, quoque dispensatio obtineatur, & denud contahant. Signum ergo evidens est antea dispensatum non esse.

Quapropter coniugi, si astriktio nullum superest remedium, nisi arripere fugam, vel remouere impedimentum, si in sua est potestate, vel illius dispensationem quætere, si dispensabile est. An autem remouere impedimentum teneatur, si eus culpa contractum sit postea dicemus, cum de reualidatione matrimonij sermo habeatur.

Quod si certus non sis de nullitate matrimonij, sed solum opinionem habebas, reddere teneris potest, neque vlo modo de matrimonij valore dubitant, vt cum D. Thom. in 4. d. 11. quæst. unica art. 5. q. 1. ad 3. docent Nauarr. cap. 22. numero 81. Henric. lib. 12. de mar. cap. 6. num. 7. Rodrig. sum. cap. 24. num. 4. Petri de Ledesma. de matr. quæst. 45. art. 1. dub. 1. in solut. ad 3. Sanch. lib. 2. disp. 44. num. 3. Gutierrez. de matr. cap. 49. à num. 23. definiturque expressè in cap. Inquisitioni de sententiæ excommunicat. ibi. Si habeat conscientiam ex credulitate probabili, & discreta quæmis non evidenti, & manifesta reddere deber. Item non licet tibi ob opinionem, qua falso subesse potest alterum suo iure, & possessione priuare: maxime cum ex parte illius si certitudo moralis matrimonium validum esse, cui certitudini præferri tua opinio non deber. Quod si dicas te periculo fornicandi exponere accedens ad eam quam probabiliter credis non esse tuam? Facile respondetur negando te periculo morali fornicationis exponi, cum non accedas ad eam quam moraliter credis esse alienam, sed quoniam solùm probabiliter credis esse alienam, timulque credis probabiliter esse tuam.

Difficilius est, an possis petere debitum, si cum ea opinione nullitatis matrimonij contraxisti? Affirmat alii relatis Sanch. lib. 2. disp. 41. num. 9. Gutierrez. cap. 49. num. 7. eo quod tibi licet sit opinionem probabilem, scilicet reliqua probabilitate, ut opinias illud matrimonium esse nullum, simul opinias validum esse, potes ergo cui malueris adhucere. Neque obest quod in dubiis tui pars sic ligenda. cap. 56. quis autem de penit. disp. 7. cap. inuenis de sponsalib. ad assiditiam, & cap. penale de homicid. id enim intelligendum est de dubio, an si aliquid licetum, vel illicitum, quodque vocatur dubium practicum, non vero de dubio speculatio, quo dubitatur, an haec res sit tua, vel aliena, an alius præcepsum, vel non adit, quo dubio stante certissimum esse potest, te nullo præcepto astringi, prædictaque te vti posse, ut recte tradunc

1 2 Sanch.

Sanch. & Gutier. loc. alleg. & Coninch. disp. 3. 4. dub. 10. num. 88. Et diximus latè, 1. part. tract. 1. de conscient. disputatione 2. & 3.

Cæterum in hac re distinctione viendum est, & examinanda nullitatis causa: si enim impedimentum sit iuris Diuini, & naturalis, eo quod probabilitas credas tempore contra et matrimonij coniugem vincere, eti probabilius existimes mortuum esse, nequaquam debitum petere potes, quia inique ob solam opinionem coniugem priorem spoliias iure sibi quasito, & posseleone, quam in tuum corpus habet, ideoque in cap. in presentia 19. de sponsalib. statuitur neminem ad secundas nuptias transire posse, quin ei constet de prioris coniugis morte. Neque obest cuilibet lictum esse opinionem probabilem amplecti, quia eto sit opinio probabilis de morte coniugis, & de matrimonij valore, non tamen est probabilis opinio ea solum opinione flante tibi lictum esse matrimonii contractum, neque vsum illius. Ab hac tamen doctrina exipi debet impedimentum impotentia, cuius opinio, vel dubium matrimonio contrahendo eiusdem vsum non obstar, eo quod sit posse, & præsumptio pro potentia, dum manifeste contrarium non probatur, neque alius est modus investigandi veritatem quam matrimonij vsum, id est que à iure dubitabutus de impotentia conceditur experientia triennalis, iuxta cap. laudabilem 5. de frigid. & maleficat. & notarunt Vazq. disp. 66. cap. 4. Montefin. ib. disp. 29. quest. 4. Lorca disp. 88. Basilius Ponce, lib. 10. de matr. cap. 15. num. 14. Hurtado de marr. disp. 10. diff. 2. in fine.

At si impedimentum solo humano iure inductum sit adhuc subdividendum est cum Zgid. de Coninch. disp. 3. 4. dub. 10. num. 10. Si enim tempore contrahendi matrimonii opinionem, vel dubium habeas subfessi impedimento, & diligentia facta ad veritatem inuestigandam vincere dubium non porquisit; à matrimonio contrahendo, eiusdem integrum vsum non impeditur, quia dum tibi non constat de impedimento iure humano inducto liberum te reputare debes ob possessionem innata libertatis. Verum si tibi constat impedimentum subfessi, necis tamen certò, an dispensatione sublatum sit, sed tantum probables rationes habes, inique matrimonium contrahis, & nullatenus debitum petere potes, eti obligaris reddere: quia stat posse pro impedimento, fecis est si tibi constaret dispensationem obtentam esse, & probabilitas dubitaria de illius nullitate, quia eo casu stat pro dispensationis valore impedimentum cessatione posse.

Illi eventibus quibus malâ fide matrimonium contrahisti ob cuius causam impeditus es à petitione debiti; alius id cognoscens non reuerterebi tibi petenti debitum concederes, quia vbi nulla est petitio, nulla est culpa illius negatio. Quod si ex tua alterius parte malâ fides adiuit in matrimonio contrahendo nec petere, nec reddere poteris, sed thoro separari deberis, quia neuter ius acquisitur, ratione cuius redditus honestari possit, vt bene notarunt Henr. lib. 11. cap. 1. num. 5. Sanch. lib. 9. disp. 42. num. 7. & lib. 2. disp. 41. num. 54. & seqq. Coninch. a. 1. p. 34. dub. 10. num. 102. Gutier. cap. 49. de marr. num. 30.

Tandem si dubius sis de valore matrimonij, omisisti opinionibus, quas latè referit Sanch. lib. 2. disp. 41. q. 4. à num. 42. Et ex illo Gutier. cap. 49. à n. 28. breuiter iuxta supradicta dicendum est, si tempore contrahendis si dubius de impedimento fuit, vt illicite contraxeris; eti tenearis debitum reddere alteri bonâ fide contrahentib; quia cum iure suo spoliare non potes; at petere tibi non permititur; quia stat pro impedimento posse, & mala fides impedit, ne matrimonio utaris cum periculo fornicationis, sicut exprefse definitur in cap. Dominus de secunda nuptiis, vii tradit D. Thom. communiter receptus in 4. d. 38. in fine. Sanch. pluribus relatis lib. 2. disp. 41. num. 45. Gutier. cap. 49. numero 28. Coninch. disp. 14. dub. 10. concl. 3. num. 101. At si tempore matrimonij contrahendi bona tibi adiuit fides, ob superuenientibus dubiis vel opinionem de matrimonio nullitate non impeditur à debiti petitione, quia ratione contrahendis bona fide celebrati ius & possessionem acquisisti in alterius coniugis corpus. Non igitur ob superuenientibus dubiis deturari à possessione debes. Neque contrarius est Texus in cap. inquisitione de sentent. excommunicat. nam esto indistincte loquatur, intelligendus est ante veritatem inquisitionem, vel de illis qui dubii fuerint tempore matrimonij contrahendi. Atque ita docet plures referens Sanch. lib. 2. disp. 41. num. 46. & 47. Coninch. a. disp. 13. 4. num. 105.

S. X.

Quibus in euentibus excusaris à debiti redditione?

- 1 Excusaris, si coniux adulterium committat te fidem ferante.
- 2 Item si diuortium legitimè factum sit.
- 3 Præterea si coniux legitimè cedit iuri petendi.

- 4 Item excusaris, si prudenter times aliquid graue damnum inde tibi prouenturum.
- 5 Deinde excusaris, si proli concepta nocumentum afferat.
- 6 Emissenti votum castitatis regulariter non teneris redere.
- 7 Idem est si affinitatem ex incestu contraxerit.
- 8 Plures afferunt excusare ab obligatione reddendi debitum difficultatem grauem in alienda filios.
- 9 Verius censeo ob predictam rationem te excusari non posse.

Primo certum est te excusarum esse si coniux adulterium committat te fidem ferante; debet autem adulterium tibi certum moraliter esse; dum enim tibi non constat, teneris debitum reddere, ipse adulteri legitime petere potest, dum adulterii crimine non excipiatur. Quippe adulterium non ipso iure priuat adulterum iure petendi debitum, sed innocentem constat potestatem ipsum priuandi, & repellendi. Alias se ipso iure adulteri priuatis efficit iure petendi debitum, ante innocentis exceptionem peccaret petendo, quod feret omnes Doctores negant. Signum ergo est retinere ius petendi quoque ab innocentem excipiatur, atque adeo debitum non solum vt lictum sed vt iure debitorum populare possit. Atque ita docent Caier. t. 1. tract. 31. opus. 17. repon. 4. Sotus in 4. d. 38. quæ unica art. 4. Petri de Soto lect. 16. de matr. Sanch. lib. 1. disp. 63. num. 4. & lib. 10. disp. 10. à num. 9. Coninch. disp. 23. dub. 12. num. 87. Paul. Layman. lib. 5. tract. 10. 3. part. cap. 1. num. 4.

Secundo te excusat diuortium legitimè factum, sicut docent omnes Doctores, quippe hæc exemplo precipuis illius effectus est, ex quibus autem causis diuortium fieri possunt inferius dicemus.

Tertio est certum te esse excusat, dum coniux legitimè cedit iuri petendi. Poterit tamen hanc cessionem reuocare periculo incontinentia (superueniente, nisi hæc cesso mutua sit, vel voto calitatis confirmata, de quibus infra).

Quarto liber es ab obligatione reddendi debitum, si ex eius redditione prudenter times aliquod graue damnum tua saluti corporali prouenturum, quia non teneris generationi filiorum, & speciei propagationi vacare cum detrimento proprio. Neque enim potestatem ut corporis coniugi tradis ad coniugalem vsum, nisi saluus cius incoluntate, vt ex communis lenitudo docet D. Thom. in 4. d. 32. quest. unica art. Durand. ibi quest. 1. num. 8. Gab. quest. 1. art. 2. conclus. 1. Sanch. aliis relatis, lib. 9. disp. 24. num. 17. A. 2. Or. 1. 3. lib. 3. cap. 3. quaf. 20. Laym. lib. 5. tract. 10. 3. part. cap. 1. num. 5. Basilius Ponce, lib. 10. cap. 1. à numero 2. Coninch. disp. 34. dub. 3. numero 10. Gaspar Hurtado disp. 10. difficult. 12. num. 54. Ex quo fit si coniux sit lepræ, peste, morbo gallico, alioquin contagio infestus nequaquam teneris reddere, si ex Medicorum iudicio periculum contagionis adit, ob rationem dictam, quia prius proprii individuo, quam speciei propagationi prouidre debes, vt exprimere prædicti Doctores afferunt, & decidunt expressè in cap. 1. de coniugio leprosum. Neque contrarium decidit Alexand. III. in cap. 2. edem. rit. dicens. Si virum, vel uxorem leprosum fieri contigerit, & infirmus à sane debitu exigat, generali precepto Apofoli quod exigitur est solendum: nam Alexand. III. intellexit de solutione debitus vel altera via facta, eo quod præsumptio congregatum longo tempore interpolatum noceatur. Quare si hæc præsumptio cellet, & moraliter constet ex uno coitu graue damnum ibi prouenire posse, nequaquam teneris. Quod verum habet, tametsi à principio cognoscens coniugem prædictio contagio infestum esse, quia obligationis conferendi tuam corporalem salutem, illamque præferendi filiorum propagationi cedere non potest, tametsi contra videatur sentire Layman. & Gaspar Hurtado loc. alleg.

Ob periculum tamen incontinentie docuit Gab. in 4. d. 32. queſt. 1. art. 2. Pet. de Ledesma. q. 64. art. 1. circa 2. conclus. difficult. 2. conclus. 3. Rodríg. t. 1. sum. cap. 2. 4. 3. conclus. 2. 10. obligatum esse reddere petenti, quia spiritualiter damnum coniugis præferre debes tuo corporali damno. Sed rectius contrarium censuit alius relatis Sanch. lib. 9. disp. 24. num. 12. Basilius Ponce, lib. 10. cap. 14. num. 2. Coninch. disp. 14. dub. 3. n. 21. Laym. lib. 5. tract. 10. 3. part. cap. 1. num. 5. Quia illa non est extrema necessitas spiritualis, cui obligatus sis succurrere cum dam no tua salutis corporalis, potest namque paciens periculum alia plura remedia adhibere, quibus divina gracia adiutorius illud vincat.

Quinto ob eandem rationem excusaris à debiti redditione, si nouicia futura sit proli concepta. Neque enim regum erat cum iactura vnius bouum alterius intendere, maximè illius qui nondum in reum natura existit. Quinimo in probabili sententia excusaris, si proli concipiendam damnum obuenturum sit, quia leprosa, vel defectuosa timerit nafigura, si eo tempore concipiatur, vt confitit ex iis que diximus de licito vnu coniugij tempore menstrui, prægnationis, amenoris, ebrietatis, &c.

Sexto

⁶ Sexū emittenti votum castitatis regulariter non teneris debitum reddere, quia ipse in honore Dei censendus est iuri perendi debitum tibi cessisse. Quod si votum castitatis ex tuo consenui emissum sit, non solum non teneris debitum illi reddere, sed nec potes ab eo exigere, quia eius voto cōsentientis iuri debitum perendi renunciasti, ut latius superius dictum est, & tradit Laym. lib. 5. tract. 10. 3. part. c. 1. n. 12. & 15. in fine.

⁷ Septimō affinitatem ex incestu contrahenti durante prædicto impedimento non teneris debitum reddere, ut est omnium sententia, quia ob crimen commissum incelsus priuatus est in iure perendi debitum cap. transmissa, cap. tua fraternitatis ad eo qui cognatus consang. exor. sue. Probabile tamen est inquit perenti te reddere posse, ne ex delicto alterius ius tuum petendi, & reddendi debitum diminuat, vt aduersus alios probat Sanch. lib. 9. disp. 6. à n. 12.

⁸ Ostendit ob obligatione reddendi debitum sub graui culpa excusat difficultatem grauem parentum in aliendis filiis si multiplicentur, afferunt Sotus in 4. d. 32. quæst. vñca, art. 1. Rodrig. summ. 1. cap. 243. concl. Saa, verbo Debitum, n. 18. Quijimo Pet. de Ledesma, de matrim. quæst. 64. art. 1. in fine. Sanch. lib. 9. disp. 2. n. 3. Gaspar Hurtado disp. 10. de matr. difficult. 12. n. 54. & alij censem celsante incontinentia periculo nullam culpam nec venialem committi in prædicta negatione. Moventur, quia ab aliis debitis solvendis excusat magna incommoditas, & difficultas, cur ergo ab hoc debito non excusat? Præterea non teneris debitum reddere, si probabiliter times aliquod graue damnum tibi vel proli obveniuntur: at si proles nascatur graue tibi, siliisque natu dampnum imminent, liquidem cogens ex elemosynis emendicatis. Ergo, &c.

⁹ Ceterum verius censeo ob prædictam rationem, te debitum non posse negare, nisi cõiuix iuri petendi celeritate quod incommoditas, & difficultas, quam ex multiplicatione filiorum timere potes, præterquam quod dubia est, & incerta, ex ipsam solutione debiti ex iustitia nascitur. Non igitur eius solutionem impide potest. Addit filiorum generationem esse præcipuum matrimonij suum, & primam coniugum obligationem, debet ergo hac præferri obligationi illorum aliendis, cui obligationi si parentes nequeunt ex propria comode satisfacere, satisfaciant ex aliorum elemosynis, filioque exponant: obligationem tamen reddendi debitum non omissant. Sic docent expressè Rebello. libro 2. quæst. 16. sef. 1. Coninch. disp. 3. a. 2. n. 3. in fine. Layman. lib. 5. tract. 10. 3. part. c. 1. num. 16. & videntur esse huius sententia, qui indistincte affirmant esse peccatum mortale negare debitum, ne proles multiplicetur, ut sunt Angel. verbo. Debitum. n. 15. vbi Sylvest. q. 8. Nauar. c. 16. n. 2. 3. Margarita Confessor. 6. præcepto ver. 8. in fin. Ludou. Lopez. 1. p. infrastruct. c. 79. & peccat. Graffis. 1. p. decisi. lib. 2. c. 8. 3. n. 1.

Nondic exculpat aliqui à reditio debiti, si coniux petens excommunicatus sit; quia excommunicatione ligatus priuatur communicatione fidelium. Sed hac excusatio nullatenus est admittenda; quia ob vitanda animatum pericula conjugibus excommunicatis communicatio permititur. Cap. quoniam multos. II. q. 3. Quod ideo de uxore loquatur, omnes Doctores ad virum extendunt, quia procedit eadem ratio, ut latius tract. de excommunicatis dicimus.

§. XI.

An debitum iniquè perenti possit concedere?

1. Si petitio debiti iniqua sit ex parte actus nequis petitioni annuere. Secus si ex parte persona sit iniqua petitio.
2. Temporat Basil. secundam partem, ne procedat, quando petens nequit à sua petitione malitiam removere.
3. Displcit prædicta limitatio.

¹ Alij generaliter negant, eo quod non licet iniquæ actione cooperari. Alij econtra concedunt, quia ob iniquam alienum petitionem non es tu priuandus potestate, quam ex matrimonio habes petendi, exigendique debitum. Alij quibus ego silenter distinctione vñntur, iniquum enim, si petitio debiti iniqua sit ob aliquam circumstantiam, quæ ipsum actum exterrit vitie, nequaquam poteris petenti debitum concedere, quia petet tibi illicitum, ut si absque necessitate petat in loco facto, vel cum periculo abortus, vel damni proli, aut tui, vel petentis gravis documenti. Fatorum tamen aliquando ex negatione debiti timeri posse grauiora mala quam ex eius concessione, & eo cau iam petenti copula illicita non erit, ac proinde poteris petitionem annuere, sicuti aduentur Petri. de Soto, Sanch. & Layman. & statim referendi. At si non ob circumstantiam tenentem le ex parte actus, sed ex parte petentis petitio iniqua sit, optimè poteris petenti concedere, quia concedis id quod ex se licitum est, nec tibi potest malitia imputari, ut si petat debitum ob malum finem: haec distinctione commun.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars V.

niter Doctores viuant, ut videtur est in Petro de Soto l. 16. de matrim. in fine. Couarruu. 4. decret. 2. part. c. 3. §. 1. num. 6. Henr. lib. 11. cap. 1. §. 8. Sanch. lib. 9. disp. 6. n. 7. Coninch. disp. 3. dub. 4. a. n. 5. Paul. Laym. lib. 5. summ. tract. 10. 3. part. cap. 1. in fine. num. 17.

Secundam partem huius distinctionis restringit Basil. Ponc. lib. 10. cap. 3. à n. 3. & Gaspar Hurtado disp. 10. difficult. 13. ne procedat, quando petens nequit à sua petitione malitiam removere, sed solum quando ab ea petitione potest separare malitiam. Nam quando petet tibi copulam, à qua ipse petens separare malitiam nequit, necessariò à te postulat cooperationem ad alium, qui hic, & nunc malus est. Secus vero contingit, quando ab eo actu separari malitia potest. Ex quo inferunt dubitanti de matrimonio valore altriclo voto castitatis te non posse debitum reddere; quia ea copula petita ita mala est petenti, ut nequeas villa ratione ab ea malitiam separare. Secus vero quando solum est mala, quia prauo fine petita est.

Ceterum huic limitationi acquiescere non possum, ideoque ex illico superiori doctrinam generaliter veram esse, nempe quies malitia non se tenet ex parte actus externi, sed ex parte personae petentis ob aliquam circumstantiam, quæ non ipsum actum, sed personam petentem afficiat, licet te posse debitum petitem concedere, quia eo casu non videbis cooperari aliecius peccato formaliter, siquidem illa actio extrema in se peccatum non est, sed quatenus procedit ab eo, qui cum exercere est impeditus ob votum, vel aliud impedimentum: si enim cum petens iniquo fine in petitione ducitur, separareque à petitione malitia potest, non celeris eius iniuriant cooperari, neque etiam censendus es, cum voto castitatis astricabis, vel impedimento ligatus debitum petis: nam actio externa aquæ ex prauo fine ac ex voto castitatis, vel affinitatis impedimento vñtatur. Cooperari autem actioni, quæ solum ex circumstantia ipsi extirpata mala est, non est intrinsecè malum, sed ob aliquam rationabilem causam honestari potest. Quisimò ex istmo non solum te posse in supradicto casu petitioni acquiescere, sed regulariter obligatum esse, ut pluribus firmat Sanch. dicta disp. 6. n. 7. eo quod petens non amiserit ius petendi ex iustitia. Quod exemplis manifestari potest. Si enim dubius de matrimonio valore à te nullam dubitationem habente copulam petat, tametsi tu conscius sis illius dubitationis, teneris eius petitioni acquiescere, quia ob eius errorem conscientiam ius petendi non amisisti. Item altrius castitatis voto, si tibi non cessit ius petendi, & cessione illius non acceptisti, solum Deo, & non tibi obligatur, ac proinde aduersus Deum tantum, & non aduersus te petendo delinquit, sicuti si nummos apud te depositos haberet, & Deo promitteret non exacturum, si postmodum exigere, tu obligatus esses concedere, quia ex promulgatione Deo facta nullum ius retinendi illos acquististi. Ab hac tamen regula excipit Sanch. dicta disp. 6. n. 8. impedimentum affinitatis, quo ligatus ius petendi amisit in prænupti commissi delicto; & sic ut ei qui propria voluntate cessit ius, non teneris debitum concederes, sic non teneris concedere cui legibus prædictum ius sublatum est.

P V N C T V M V.

De mutua coniugia habitatione, & effectibus
inde subsecutis.

§. I.

Obligantur coniuges ad mutuam habitationem.

1. Obliganur mutuam habitar.
2. Huic obligationi ex mutuo consensu cedere possunt.
3. Secluso prædicto consensu peccatum graue est diu coniuges esse separatos, nisi necessitas urgeat.
4. Ex causa familiæ, vel Reipublicæ necessaria potest vir ab uxore diuiniti separari, & virum tenetur uxori sequi, se commode potest.
5. Vir ab uxore insitè discedens non tenetur secum uxorem deferre.
6. Ob votum castitatis, vel affinitatem contractam non licet alteri coniugi à domo, vel mensa recedere, sed solum se parare thorum.

¹ Primo certum est coniuges obligatos esse iure naturali, & Diuino simul habitate in eadem domo, ad eandem mensam accubare, & in eodem lecto iacere: id enim postulat matrimonio natura, quæ individuum, & inseparabilem coniugum vitam continet iuxta illud Genes. 1. Propter hanc relinquere hominem patrem, & matrem, & adhæredit uxori us, & erunt duo in carne una. Et Matth. Omnis qui dimiserit uxorem suam excepta fornications causa, facit eam mechari. Quod si aliquis cōiugum huic obligationi non satisfaciat, compelli potest à

Judice

Judice Ecclesiastico censuris, & brachio seculari intocato iuxta Textum, in cap. litteras de restitu. spoliis. Vbi Abbas, n. 29, Couaruu. 4. decret. 2.p. c. 7. initio, num. 1. Anton. Cucus lib. 5. instit. maiorat. cit. 11. num. 126. Quinimò si controversia non sit de matrimonij valor, à seculari iudice potest compelli, eo quod obligatione naturali ex contractu debite non satisficiat, vt bene notauit Glossa in cap. non est de sponsalib. per Textum ibi. Per officium Iudicis, vel Episcopi loci. Et tradit Couaruu. *sprà* n. 3. Sanch. alius relatis lib. 9. disp. 4. n. 7. Potestque Iudex Ecclesiasticus aduersus quemlibet alieni coniugis detentorem procedere iuxta dictum Textum in cap. non est de sponsalib. quia ad Iudicem Ecclesiasticum spectat iura matrimonij, vt propter Sacramenti defendere, vt bene notauit Abbas in d. cap. non est. num. 3.

2. Hinc obligationi habitandi simul possunt coniuges ex mutuo consensu cedere, si iusta cessionis adiut causa, & nullum incontinentia periculum, vti colligunt ex Paulo 1. Corinth. 7. Nolite fraudare invicem nisi ex consensu ad tempus ut vacaret orationi. Dixit ad tempus, ob periculum incontinentiae, ut constat ex illis verbis: Reuerinti midipsum, ne tentet vos Sathanas. Quare secluso incontinentiae periculo possunt coniuges thorou separari, perpetuum amore continentiae, non ex odio, & indignatione, vt deciditur cap. sunt qui. 27. q. 2. & cap. quod Deo 33. q. 5. Verum si periculum adiut incontinentiae eti si consensu si facta in perpetuum separatio, dissolu debet lege charitatis ad id obligante, vt bene aduersit Sanch. dicto lib. 9. disp. 4. num. 5. Quapropter Index Ecclesiasticus nulla ratione coniuges iuniores permettere debet separatum vivere, quia periculum incontinentiae timeri potest, vt recte dixit Abbas, cap. 1. num. 7. de coniugio leproso. Et ibi Alexander de Nevo, num. 6.

3. Secluso praedito consensu peccatum graue est coniuges diu esse separatos nisi causa alendæ, gubernandaque familiæ, vel Superioris præceptum, aliave simili necessitas intercedat, vti constat ex cap. 1. de coniugio leproso. Quapropter nequit maritus inquit vxore longam peregrinationem vovere s; quia ea absentia non est ex causa necessaria. Neque obest, quod vxor maritum discedentem sequi teneatur iuxta Textum in cap. unaquaque 15. q. 2. quia id verum est, quando ex causa necessaria discedit, vel discedit aliquibi diutius commoraturus. Secus quando discedit vagaturus, cuius comitatus vxorem non decet, sicuti alii relatis notar. Sanch. lib. 9. disp. 4. n. 15. Notanter dixi longam peregrinationem; nam breuem optimè potest vir inuita vxore præstare. Cum enim caput vxoris sit, non decet ita vxoris consolto astrictum esse, quin possit aliquandiu recreationis causa ab ea discedere, quod nullatenus vxori vir potè viro subiecta permittitur, maximè cum eius statum non deceat peregrinatio.

Ex causa vero familiaria, vel recipublica necessaria potest vir ab uxore diutius separari, secus vxor à viro absque eius consensu, cum penes virum sit familia gubernationem, & vxor raro militia, negotiisque traxilis idonea sit. Discedentem autem maritum ex praedita causa vxor sequi debet, si facile possit iuxta Textum in c. unaquaque 13. q. 2. Nam cum penes maritum sit necessaria ad familiæ gubernationem, & sustentationem prouidere, & matrimonij natura postulet cohabitationem mutuam, tenetur vxor maritum discedentem sequi si facilè potest, nif forè in contractu matrimoniali fuerit hec obligatio excepta, de quibus latè dixi disputatio. 1. huius tract. p. 15. vbi an vxorem relegatam tenetur vir comitari?

5. Verum vir ab uxore ex praeditis causis discedens non tenetur secum uxorem cum comitari volenter deferre; quia plerunque id molestissimum est, nec levibus expensis subiectum. Quare nisi vir aliquo in loco diu commoratus sit postquam ab illo gravi incommodo, rei que familiaris iactura secum uxorem deferre non obligatur, vt recte dixit Sanch. lib. 9. disp. 4. num. 14.

6. Ad extremum aduertere ob votum castitatis emissum, vel affinitatem contrafam, eti licet coniugi separare thorou, non tamen domum, aut mensam, qui praedita solum copulam impediunt, non tamen mutuan obsequiorum communicationem, & cohabitationem domesticam, & communalem, vt docuit Glossa in c. nosse verbo non fraudentur. 30. q. 1. Abbas in o. si vir in fine de cognat. spirit. & c. 2. n. 2. de coniugio leproso. Sanch. alius relatis, lib. 9. disp. 5. in fine. num. 19.

S. II.

Qualiter coniuges sibi inuicem alimenta subministrare debeant?

1. Coniuges obligantur sibi mutua prestare obsequia in sui, suo rūmque sustentationem.
2. Accepta dote, & fortuidò pereunte, vel ex culpa maritū tenetur maritus vxorem alere.
3. Si vxor ab eius obsequio abque necessaria causa recesserit, non tenetur maritus eam alere. Secus si ex causa necessaria,

4. Item excusat maritus si inops sit, & qualiter si pecuniam mutuam accepert.
5. Item excusat maritus ab alimentis uxori præstandis, si dos promissa soluta non fuerit.
6. Non excusat maritus ab obligatione reddendi debitum, corrigendumque uxorem.
7. Qualiter uxor obligari possit ad laborandum marito?

Conuenient Doctores coniuges obligari sibi mutua præstatre obsequia in sui, suorumque sustentationem. Quapropter vir tenetur vxorem, si quicq; filios alere, quia ad pizdictum eff. Cum eam dotatam accepit, vt constat ex leg. pro oneribus Cod. de iure dotum. leg. dotis fructus ff. eodem tñ. Quod si indotatam accepit ab ea obligatione non liberatur. Præsumitur namque sola vxoris persona contentus esse, vt dicitur Sardus de alimento. tit. 1. q. 3. 1. num. 11. & tit. 7. q. 1. num. 1. Matien. lib. 5. recop. tit. 1. leg. 3. gloss. 2. n. 29. Barbo a 2. p. Rub. ff. soluto matrimon. n. 43. Sanch. alius relatis lib. 9. disp. 5. n. 8. Quod intelligendum est casu quo vxor pauper sit, nam si dices existat dorem confituisse tenetur; racid enim confitetur vir de dote pacum inire, dum vxorem diutiem accepit. Quod si ipsa postmodum renegat dorem assignare, eximitur vir ab obligatione eam alendi, sicuti si à principio dos sibi fuisse promissa, nec tamen soluta, vt optimè tradit Bald. leg. fin. num. 9. Cod. de fententia, quis sine certa quantitate. Ioann. Lup. cap. per vestras de donat. inter vir. & ux. notab. 3. §. 2. n. 1. & leg. Gomez Arias, leg. 27. Tauri. n. 130. Sanch. lib. 9. disp. 5. n. 9. At si non vxor, sed ciui parents diuitiae sint, cogi possunt iuxta legitimam designate dorem, vt ex communi docet Molin. Ileuita. 5. 2. disp. 42. 4. in princ. Interim autem à viro alenda est, quia inops est, & abique promissione dotis accepta fuit, vt alii relatis docet Mol. disp. 42. 5. vers. 5. marito dos. Sanch. lib. 9. disp. 5. num. 9.

Accepta dote, & fortuidò pereunte, & à fortiori pereunte ob culpam mariti tenetur maritus vxorem alere, quia iam ob dotis receptionem subiit eam obligationem, à qua ob fortuitum eventum eximi non debet, vt optimè tradit Sanch. lib. 9. disp. 5. n. 10. argum. leg. si cum dorem. 2. 3. si maritus ff. soluto matrimon. At si ob culpam ipsius vxoris dos perit, eti Abbas cons. 5. num. 4. volum. 2. & Ioann. Lup. cap. per sefina de donat. inter vir. & ux. notab. 3. §. 1. p. 1. Existimatur obligationum esse maritum cum alere ratione vinculi coniugalis, sicut tenetur alere vxorem papperem indotata, verior mihi videtur sententia Sanch. d. lib. 9. disp. 5. n. 10. assertent id venit esse, quando vxor carcer parentibus qui cum alere possint enim eventu coniugalis nexus exigit, vt ei vi alimenta submissit maximè si in eius obsequio sit. At si parentes diuities habeat exculpat vir ab eius sustentatione, sicuti exculpat cum dos ei promissa est, & non soluta. Perinde enim est à viro dote culpā vxoris auferri, ac si culpā ipsius vxoris non colberetur. Quia omnia optimè confirmantur ex leg. quod si nulla ff. de relig. & sumptu. fener. vi recte expedit Sanch. vñ. *sprà*.

Ab hac autem obligatione alendi vxorem eximitur maritus. Primo si vxor ab eius obsequio abque necessaria causa recesserit; cum enim tenetur in viro obsequio esse, cap. luc. imago 33. quæff. 5. si contra hanc obligationem recedat, merito ei alimenta denegantur. Qui enim non facit quod debet aequum est ne recipiat quod oportet. Argum. leg. fea. Cod. de condition. infirmit. leg. Italianus §. 8. affirm. ff. de actionib. empti & tradunt alii relatis Couaruu. 4. decret. 2. part. cap. 7. §. 1. num. 2. Matien. lib. 5. recop. tit. 9. l. 2. gloss. 1. num. 32. Guicci. canonicas. gg. lib. 1. capit. 24. numero 7. Surd. de alimento. tit. 1. quæff. 2. num. 17. Sanch. lib. 9. disp. 4. num. 2. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 3. part. cap. 2. n. 2. Serus vero est, si ob sevitudinem vii aliamque culpm discedat; quia eo casu discedit ex iusta, & rationabilis causa i deoque alimentis debitis priuata non est; alii maritus ex sua iniuritate commodum reportant, sicuti docent expressi omnes Doctores nuper relati. Evidem est si ob mariti amentiam, vel morbum contagiosum compalpa sit discedere, quia ille discessus culpa imputandus non est; ac proinde priuationem alimento inducere non debet, vt aduertere Lara leg. si quis à liberis. & si quis ex his num. 6. ff. de liberis agnoscend. Barbofa, 1. part. Rub. ff. Soluto matrimon. num. 43. Layman. *sprà* num. 2. vers. præterea. Sanch. alius disp. numero 25. Quinimò censeri non debet vxor culpa sua discedere à viro, tametsi ob delictum commissum perpetuo ceteri derrudatur, quia ille discessus necessarius est, & coactus cum ipsa velit viro cohabitare, & delictum in cuius pena imponitur in viro commissum non fuit, neque ad illius lepatationem rendit. Non igitur ob illum discessum priuata alimenta debet, vt pluribus exhortat Sanch. aduersus alios Doctores d. disp. 4. n. 2. 3. Veilum si simili cum hoc discessu eius dos publicetur, ratione publicationis dotis exculpat vir ab alimentis præstandis, vt num. preced. diximus. Et ob eandem rationem existimo cum Mol. Ileuita tract. 3. de infir. disp. 9. n. 7. celebrato duoviro ob adulterium, & in penam delicti commissi bonis vxoris marito applicatis non esse obligatum manut ad alendam vxorem. Perinde enim est,

at si alteri ea bona applicata essent. At vxor interpellare poterit iudicem, qui ex officio maritum compelleret vxori aliunde bona non habenti necessaria subministrare, sicut ex communi docet Iul. Clarius lib. 5. sententiar. §. adulterium num. 17. Paul. Layman, lib. 5. sum. tract. 10. 3. part. cap. 2. numero 2. vers. adde.

⁴ Secundò excusat maritus ab hac alimentorum subministracione si inops sit, quia nemo obligari potest ad impossibile. Quinom virus duas maritas inops ministrare alimenta debet, ut pluribus firmat Lata, leg. si quis à liberis §. si quis ex his num. 14. ff. de liberis agnoscent. Surd. de aliment. tit. 1. que. 3. §. num. 7. ff. leg. & que. 3. 6. à num. 6. Sanch. lib. 9. disp. 4. num. 27. Quod si maritus inops pecuniam mutuo accepert ad vxorem, filioque alendos, solutóque matrimonio nulla super sunt bona mariti, ex quibus illa debita solvantur, eti plures conveant vxorem, & filios conuenient posse, obligatosque esse, si bona habeant ad prædicta pecuniae solvantem, ut potest in eorum commodum expensas, & ratione cuius diutiora faci sunt. Molina Iesuita disput. 43. §. tertium est. & Sanch. lib. 9. disp. 4. num. 29. contrarium afferunt. Nam esto in eorum utilitatem illa pecunia consumpta sit, non fuit aliena, neque illis indebita. Quippe erat mariti, in cuius dominium translatis erat, & licet, maritus obligationem non habet alendi vxorem, & filios cum inops esset, neque petendi mutuam pecuniam, quam solvere non poterat: ut accepta pecunia, & illius dominus factus obligationem habet vxorem, & filios alendos, ac proinde vxor, & filii non ab alieno, sed ex vero domino, & ex sibi debitis sustentationem acceptarunt, nullam ergo obligationem solvendi habent: id eoque leg. 6. Tauri, quæ hodie est lex 9. tit. 3. lib. 5. recipiat. decidit mulierem renunciante lucris constante matrimonio acquisitionis obligatum non esse ad eam alienum constante matrimonio contradicendum. Et in leg. 6. Tauri hodie 9. tit. 3. lib. 5. recipiat. alterum mulierem obligatum non esse ad debita contracta à marito, nisi probatum fuerit simul cum marito se obligasse, & in eius utilitatē muruum cessisse ergo si vxor, & filii expressè ad solutionem mutuo non se obligauerint, tamen si in eorum commodum expensas sit non tenentur.

⁵ Tertiò excusat maritus ab alimentis vxori præstandis, si dos promissa soluta non fuerit, sive fuerit promissa ab vxore, cuique parentibus, sive ab alio quocumque extranco, ut redit Sanch. lib. 9. disput. 5. num. 5. quod dote promissa ab extranco, & non soluta nullam maritus obligationem habet alendi vxorem, tamen ob impotentiam non soluat: at si ab uxore, cuiusque patre promissa sit, si ex impotentiā non solvitur, dum modo tempore promissionis eam impotentiam non agnoscunt, tenetur maritus vxori alimenta præstare, ac si dote recipiatur, quia censenda est dote eo calu perire fortuita: siquidem absque culpa vxoris, vel parentis non solvitur. Quia covenient nequeunt pro dote soluunt ultra quam facere possint.

⁶ Verum esto excusat maritus ab alimentis vxori præstandis ob non solutam dote promissam, non tamen excusat ab obligatione reddendi debitos, ipsamque regendi, & gubernandi, quia hæc obligatio ex matrimonij contractu nascitur, à qua eximi non potest contractu non dissoluto, nec diuinitate celebrato, ut tradunt ex omnibus sententia Molina tract. 2. de iustitia. disp. 42. §. si maritos dicit. Sanch. lib. 9. disp. 4. num. 1. Ex qua doctrina existimo necessariò inferri maritum non posse ab dote sibi non solutam omittere traductionem sponsa in propriam domum, aut iam traductam expellere, quia domestica cohabitatio necessaria est: ut debitus coniux commode exigere, eique reddi possit. Atque ita docent Cottuarii, 2. pari. decret. cap. 7. in princip. num. 2. Matien. lib. 5. recipit. tit. 1. Rub. gloss. 1. num. 91. Molina tract. 2. de iustitia disp. 42. §. si maritos dicit. Sanch. alios referens lib. 9. disp. 5. num. 17.

⁷ Superest quæstio: An vxor obligari possit ad laborandum marito? Cu[m] questione optimè responder Laymann. lib. 5. sum. tract. 10. 3. part. cap. 2. in fine, sub hac distinctione: si enim (inquit) sermo sit de labore ad gubernationem, & sustentationem familiae necessario, qualis est cibos coquere, laveare vestes, &c. spectari debet loci consuetudo, & status vxoris, quæ si non pariantur huiusmodi labores fieri ab uxore sed à famula, non poterit obligari à marito ad prædicta præstanda: argum. leg. in tradit. la. 1. ff. de operis libertori. ibi. Sed si liberta que operas promisisti ad eam dignitatem porueras, ut inconveniens sit præstare patrono operas, ipso iure hæc intercedens. At si prædicti labores statum vxoris non dedebeat, vel ita pauperes sint, ut maritus famulam conducere nequeat, sine dubio ad prædictum laborem præstandum obligari à marito poterit, ut pluribus exponat Sanch. lib. 6. de maritim. disput. 6. num. 14.

Verum si loquamus de labore ad lucrum necessario, tunc

subdistinguendum est, si vxor attulit dote ex eius fratribus ali a marito sufficienter potest, nequaquam cogenda est ad laborandum, quia vxor non tenetur operari, ut marito lucrum acquirat, cum sic lucrata ad vxorem iure communis pertineant. At si nullam dote attulit, vel attulit insufficientem, vel culpa vxoris, aut casu fortuito perit, cogi poterit ad laborandum iuxta cius statum, & conditionem; quia ea casa non est censenda labore in mariti lucrum, sed in propriam sustentationem.

S. III.

Obligantur coniuges se inuicem corrigeat.

1. Vixerit alterum corrigerem tenetur, sed cum discrimine.
2. Vir vxorem delinquentem moderatione punire potest.
3. Quia sibi pœna, quas maritus vxori imponere possit in pœnam delicti committi?
4. Punitio ex reō sine fieri debet, & delicto commensurari.

^CVM coniuges individuam vitæ consuetudinem retinent, æquum est ut coniugali se inuicem affectu corrigan, & ad peccatorum emendationem adiuvent, hoc tamē discrimine. Nam cum vir sit caput vxoris Genes. 2. Ad Ephes. 5. & 1. Corinth. 11. potest vxori præcipere ea quæ ad familiæ gubernationem iudicauerit expedire. At vxor nullum marito præceptum imponere potest. Deinde marito exhortatione, & punitione datum est vxorem corrigit. At vxori vixit ubi vires potuisse existere, solum exhortatio, non punitio permittitur. Hoc igitur supposito,

Potest vir vxorem delinquentem in pœnam delicti committi punire, puniri one inquam leuitate, & moderata, ut constat ex leg. rei indicata ff. solivo matrimonio, neque enim mancipium est, nec famula, sed socia, & adiutoria. Quod si delictum eius conditionis sit, ut grauem punitionem exigat, non obinde marito conceditur, ea punitio, sed leuis tantum, ut publica potestat integrum, & illatum ius maneat puniendo prædictum delictum, il ad eius tribunal deferatur, ut norauit Victor select. de potest. ciuili in fine. Paul. Layman, libro 5. tract. 10. 3. parte capite 2. numero 9. Neque enim vir comparatione vxoris, & paterfamilias comparatione domesticorum potestatem puniendo sibi subditos habent, nisi quatenus à Republica illis concilium est. Quippe potestas delicta punitiū iure ipso naturali in communitate residet, et namque quo plures in unum congregantur, ea communitas potestatē habet delicta puniendo, alia nec communitas consuetuaria, neque in suo munere contineri possent. Verum quia communites diversæ sunt, alia perfecta, ut est ciuitas, provincia, regnum, nemini alteri subordinata; alia imperfecta quæ partes sunt baroni ciuitatum ipsique subiectæ, inter quas minimum locum obtinetur familiæ, integræ potestas delicta puniendo utque ad mortis pœnam in communitate perfecta residet, sicut in eo qui prædictæ communatæ præstet; ac communitas imperfecta, & qui illi præstet ea solum potestatæ gaudet, quæ à perfecta communitate conceditur, & iudicata est sufficiens ad illius conservationem. Quapropter maritus comparatione vxoris est potestatē habeat eius delicta puniendo, non tamen pœna gravi sed leui & moderata, leuiori inquam quam filiorum delicta, & longe leuiori quam mancipia, quia à perfecta communitate amplior potestas non conceditur, ut ex vsu, & consuetudine constat, neque oportebat concedi, ut sic mutuus coniugalis amor efficaciter conferueretur.

Quod si roges quæ sint pœna permittiæ marito, quibus vxorem punire possit, & quæ non: Breuiter respondeo spectandam est loci consuetudinem attenda vxoris conditione, quippe vxori humili, & plebeia grauius puniri solet quam nobilis. In particulari autem certum est non posse maritum punire vxorem poena mortis, mutilationis, exilio perpetui, carceris, vulneris, alteriusve percussione, ex qua eius salus, vel membrum periculum subeat; has enim pœnas sibi Republica perfecta referuant, quas nec dominis comparatione feruorum permisit. Plerunque censerem subtractione cibi maritum ut debere in uxore punienda, quia hæc pœna sufficiens videatur ad contineandam vxorem, & eius defectus communiter contingentes puniendo. Cui pœna addi possunt aliquor reclusionis dies etiam compedibus appositis. Nam licet priuati carcere omnibus priuatis interdicantur, ut constat ex leg. enica Cod. de priuatis carcerebus. Et habetur leg. regia 5. tit. 23. lib. 4. nonne collect. Et tradidit D. Thom. 2. 2. que. 6. 5. art. 3. id intelligendum est de carcere perpetuo, & ordinatio, secus de carcere imperfecto, quicque commissio delicto, & ad brevem tempus designatus, ut recte notauit Molina tract. 3. de iustitia. disp. 1. num. 18. vxorem tamen cedere alapis, conculcare pedibus, fustibus percutere raro permitterem, quia coniugali affectu, & timori, qui semper spectandus est, ha[bi]t[ur] graues pœnitentes si frequentes sint non leuiter obstant. Minus censio concedendam verberum pœnitentem, quia hæc lectorum propria est, ut colligunt ex leg. consensu post princ.

I 4 Cod.

Cod. de repudiis. Authent. de nuptiis §. mittores collat. 4. Et licet aliquando causa virgente ingenuo soleantur hac affici punitione, id contingit cum in minori aetate sunt constituti. Quapropter (nisi causa gravissima vigeret) peccatum mortale excommunicare eam punitionem, etiam in suo genere leuis, & moderata sit, quia ex se uxorem maximam dedecet, & in plurimis sententiis sufficienter praeberet diuortij causam. Atque ita sustinent Sotus, lib. 5, de infest. quest. 2, art. 2, in fine corp. Arag. 2.2, quest. 6, art. 2, vers. de marito. Sanch. lib. 10. difficult. 18, num. 16, plures referens Molin. tract. 3, disput. 2, in fine numero 20. Rota apud Farinac. decr. 371. Basil. Ponce, lib. 9, cap. ult. num. 5.

4 Duo vero in hac punitione seruanda sunt; primum, ne punitor delictum excedat, sed illi commensuretur; quin potius expedit ut maritus leuis uxorem puniat, quam delictum exigit. Etenim hac ratione pax, mutua benevolentia inter ipsos conseruabitur. Secundum, ne ex odio punio fiat, sed ex charitate, zeloque iustitia ad correctionem, emendationemque uxoris, & in domesticorum exemplum.

P V N C T V M VI.

De dissolutione matrimonij quoad thorum, & habitationem.

Hucusque de proprietatibus matrimonij sumus locuti, superest dissensum de eius contraria. Matrimonium namque diximus vinculum esse indissolubile, obligacionemque secum trahere reddendi debitum, simulque cohabitandi. Et licet Iudeus fuerit permisum matrimonium consummatum dissoluere Deuteronom. 24. & Malachis. 2. At post legem Euangelicam Matth. 5. & 19, nec Iudeus, nec Gentilibus permisum est vinculum matrimonij coniunctum dissoluere: Solum enim fauore fidei matrimonio infidelium conceditur dissolutio, si alter ad fidem converteratur, altero in infidelitate remanente Extra hanc causam vinculum matrimonij consummati tam fideli, quam infideli persistit, sola morte coniugis dissoluendum, vt tanquam de fide certum definitum est ab Alexand. III. cap. ex parte de Sponsalibus, & a Concil. Florent. in Armenor. infrafr. & a Trident. sess. 2. 4. eam. 10. Neque his obstar quod Christus Dominus Matth. 19. dixerit: *Quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit mochatur, & qui dimisera duxerit mochatur, quasi diceret ex causa fornicationis dimitti uxorem posse, & aliam duci absque mochia; id enim indicat exceptio illa nisi ob fornicationem.* Non inquam obstar, quia Christus Dominus solum dixit mochari eum, qui uxorem dimittit extra causam fornicationis. At de dimittente causa fornicationis existente (inquit Caeteran. in presenti) nihil decidit. Præterea Christus Dominus, voluit eo in loco libellum repudij, quo matrimonij vinculum, & mutua coniugum habitat disoluatur omnino tollere, & solum permittere dissolutionem cohabitationis ex causa fornicationis, idemque inquit, *Quod uxorem suam dimiserit excepta causa fornicationis mechatur, quia iniuste dimittere facit eam mechari.* Prædictus ergo Textus dissolutionem cohabitationis interdicit nisi ex causa fornicationis, nullo verbo facto de dissolutione vinculi coniugalnis, sicut explicat August. lib. 1. de adulter. coiung. cap. 9. Abulensis. c. 19. Matth. quest. 76. Maldonat. & Ianzen. ibi. Sanch. lib. 10. de matr. disp. 2. num. 3. ubi alios Textus contrarium indicantes explicat. Quocirca questo versatur, quibus ex causa obligatio thori, & coniugalis habitations dissolui inter coniuges possit: Et nemini est dubium posse dissolui ex mutuo consenso, quia nullo iure inuenitur interdictum, quin potius colligatur concilium ex Paulo 1. Corinthis. 7. debet tamen fieri dissolutio non ex odio, & indignatione, sed amore castitatis, & abque incontinentia periculo, ideoque matrem, & longa examinatione facta, & non aliter hac separatio facienda est, vt frequenter omnes Doctores consulunt. Superest ergo examinandum, qualiter ex delicto haec cohabitatio dissoluntur?

S. I.

An ex causa fornicationis dissolutio coniugalvis habitationis fieri possit?

1. Adulterium causa est sufficiens, ut vir ab uxore in perpetuum diuerterat.
2. Nominis adulterij qualibet copula etiam sodomitica intelligitur.
3. Debet adulterium formale esse.

Adulterium uxoris causam esse sufficiem, ut vir ab uxore diuertere in perpetuum possit, confans est omnium Catholicorum sententia ex illo Matt. 5. &c. 19. Ego autem

dico vobis, quicumque dimiserit uxorem suam excepta causa fornicationis, &c. Et ex cap. significasti. Cap. gaudemus. C. ex littera de diuorti.

Et licet Christus Dominus, aliquis Textus Iuris Canonici solum de adulterio uxoris ipso grauiori mentionem fecerint, idemque Caeter. in illud. Math. 19. censuerit foliis vins concedi ob adulterium uxoris separationem. At verillima sententia defendit in hac causa utrumque coniugem patem efficitumque esse uxori ob adulterium viri diuortionis celebrare. Non enim censetur coniuges obligari ad munuan cohabitationem, & debiti redditionem, nisi quatuor sibi inuicem fidem datam seruauerint. Quare ita fide violata ab obligatione reddendi debitum, mutuoque cohabitandi innocens sue viri sibi femina abfoliuntur, sicut pluribus comprobatur Sanch. lib. 10. disp. 3, num. 6. Farinac. 4. tom. quest. 14. num. 9. Guierr. de matrim. cap. 1. 2. num. 2. Coninch. disp. 35. dub. 1. initio & num. 6. Basil. Ponce, lib. 9, cap. 16. a. num. 4. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 3 part. cap. 7. num. 8. Gaspar Hurtado disp. 11. difficult. 2. & colligunt aperte ex illo Pauli. Corinth. 7. *Huiusque matrimonio uniti sunt precipio, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere (subintellige ablique iusta causa).* Quod si discesserit (nempe ex iuxta causam) manere innuptum, aut viro (no reconciliari). Supponit ergo Paulus ex aliqua causa iusta posse uxorem a marito discedere, alias cogitet eam viro suo reconciliandi, vel contineenter viuendi. Quod si aliquam causam iustum discedendi a marito uxori habere posset, maximè adulterium, quod fides sibi data violatur.

Nomine adulterii ratione eius diuortionis celebrante ab innocentie positis, eti aliqui censuerint solam copulam naturalē cum alieno viro, vel femina esse intelligentiam, communis sententia defendit teste Abbate in cap. maritus de adulter. num. 3. Sanch. lib. 10. disp. 4. num. 3. Coninch. disp. 3. dub. 1. concl. 5. Basil. Ponce, cap. 16. num. 5. dicta cap. 7. num. 7. Gaspar Hurtado dicta difficult. 2. Riccio decr. 273. in praxi, & alii solidam, & beffiam intelligi, quia his crimibus caro coniugis in alienam dividitur contra matrimonij fidem. Debet autem sodoma, & beffialitas completa esse, id est cum feminis effusione, alias non perfecte in alienam carnem eius effusione, neque consummata iniuria, neque sufficiens diuertit causa. Quod a fortiori procedit in tactibus, pollutiones, sive secum cantum, sive cum alio, vt aduentur omnes praetato Doctores.

Debet autem adulterium occasionem diuortij præbens, formale esse; quare si ex aliquo capite ab ea malitia excusat, et quod ignoranter, vel per violentiam commisum sit, nullo modo occasionem diuortij præbere potest, quia alteri coniugi iniuriosum non est, vt recte ex omnium sententia docet Basil. Ponce, lib. 9, cap. 17. num. 8. Sanch. lib. 10. disp. 5. a. n. 11. Argum. cap. cum per bellum. 3. 4. q. 2. Et leg. uxor 7. Cod. de repudiis Quinimò Abbas cons. 4. n. 3. volum. 1. Rosella verbo Adulterium. Sylv. ibi q. vlt. Armilla n. 5. Tabiena, q. 1. n. 3. Graffis 2. p. decr. lib. 1. cap. 12. n. 7. casu 2. Et inclinat Gregor. Lopez, leg. 7. verbo porfura. tit. 9. part. 4. Et probabile center Sanch. lib. 10. disp. 5. num. 1. affirmant adulterium commisum ex metu cadente in virum constantem non concedere innocentem ius diuertendi, quia non ex malitia, & dolo, quod videat requisitus iuxta leg. penit. f. ad leg. Ital. de adulter. commisum est, & fatur August. relatus in cap. proposito. 32. q. 5. excusans Lactacium ab adulterij crimen non quoad culpam, sed quod penam eo quod metu coacta fit. Sed prædictis alienandum non est, nam cum metus non excusat a culpa adulterii, & fida data violatione, quibus diuortioni iure natura invenitur, non porcessit diuortio, donecque amissione excusat, tamen excepit a pena legibus indicata, vt tradit Courauu. 4. decretal. 1. c. 1. initio. n. 3. Azeuedo lib. 8. recipil. 2. 20. leg. 3. num. 22. Henrig. lib. 11. cap. 17. n. 5. & pluribus relatis Sanch. lib. 10. disp. 5. num. 16. Coninch. disp. 3. dub. 2. num. 10.

S. II.

Quibus in eventibus non licet coniugi ob adulterium commisum celebrare diuortium?

1. Diuortionum negavit esse, se uterque nocens sit.
2. Ob adulterium, cuius author est maritus non posset reipudiari.
3. Ex eo quod maritus causam remotam adulterij uxori præbuit, non impedit a diuortio celebrando.
4. Ob adulterium iam condonatus nequit coniux innocens diuertire.
5. Si innocens signa remissionis adulterio præstet, abesse anima remittendi, probabile est in foro conscientia ad diuortionem conari posse.
6. Remissio solum est posset de delicto præterito, non futuri.

7. Ex

Ex eo quid unus coniux adulteri alterum de emendatione moneret, moritus non cedit iuri diuertendi, nisi aliqui contra consentant.

Primò conuenient Doctores diuortium esse non posse, si vterque nocens sit, quia iniquum est viuis delatum punire alio delinquente indemnem seruato. Quapropter iura clamans paria delicta quadam priuatorum ius mutua compensatione tolli. Cap. penit. & ult. de adulteri. Cap. significasti. cap. ex litteris de diuortiis. Cap. 1. seqq. per totam 3. questionem. Et leg. si vxor. ff. Ad leg. iud. de adulteri. Et leg. vivo, atque uxore. 3. soluto matrimonio. & alius. Neque referuntur adulterium uxoris grauius sit, & publicum, vtrique adulterium secreta, & viuus peius, alterum posterius, quia per quodcunque fides in matrimonio data violatur, & ius diuertendi solum innocentem conceditur, vni doceat ex omnium sententia Sanch. lib. 10. disp. 5. a num. 2. Basili. Ponce, lib. 9. cap. 17. a num. 5. Coninch. disp. 5. dub. 2. num. 12. Gutierrez. de matr. cap. 12.9. num. 15. Paul. Laymann. tract. 10.3. p. cap. 7. num. 13. Hæc tamen mutua compensatione solum est quoad diuortium, dositque amissione, nam quoad accusationem criminalem, & vindictam publicam non est compensatio: cum liberum sit marito adulterio accusata criminaliter uxorem de adulterio, cum tamen ipsi uxori non permittatur maritum accusare. leg. 1. Codic. ad leg. iud. de adulteri. sicuti adulterii Sanch. lib. 10. disp. 8. numero 4. 6. Laymann. lib. 5. tract. 10.3. p. cap. 7. num. 13.

Secundò nequit maritus repudiare uxorem ob adulterium, cuius ipse author fuit, quia eo casu maritus & quæ ac vxori culpabilis existit: sicuti docent ex omnium sententia Sanch. lib. 10. disp. 5. a num. 3. Farina. 1.1. quest. 3. separatio heri. Gutierrez. cap. 12.9. num. 16. Basili. Ponce, lib. 9. cap. 17. num. 7. Coninch. disp. 5. dub. 2. num. 8. Gaspar Hurtado disp. difficult. 3. num. 12. Laymann. tract. 10.3. p. cap. 7. num. 8. Quod adeo verum est, ut etiam vxori prostitutioni consentiat, reaque adulterii sit locus repudij non deetur, vt colligatur expreßus ex cap. distinctionem 8. quod si forsan. De eorum cognitis consanguinibus, &c. ibi præfertur in uitam: dictio enim illa præsertim declarat, quod minoris dubitationis est, scilicet cum consenti inuita, & supponit idem esse in casu magis dubio, qualis est cum liberè consentit. Neque enim æquum erat, vt elegeret inquit Iuris consult. Scœula in leg. cum mulier 47. ff. Salvo matrimonio, quod maritus improbares mores, quos ipse, aut antea corripuit, aut postea probauit, sicuti omnes Doctores super relati aduertunt. Quinimmo censeo, si adulterio tacite consentiat: eo quod potens facilè impetrare non impedit nullâ legitimâ occasione intercedente, nequit illud obicitur: quia illo tacito consenti censendum est remittere ius diuertendi, quod ex iniuria illata sibi conceditur, id estque in leg. 1. Cod. ad leg. Julian. de adulteri. vir conscientis pena lenonis punitur. Atque ita docent Castro, lib. 2. de lege paucal. cap. 4. Henric. lib. 11. cap. 17. num. 4. Sanch. pluribus relatibus, lib. 10. disp. 5. numero 7. vbi optime aduertit mulierem consiccam de mariti adulterio, neque impetrare non esse censendam consentire, quia raro ipsa impetrare potest, neque eius dissimilatio, vtpotè quæ est vir subiecta censenda est delicti approbatio. Notanter dixi nullâ legitimâ occasione, si enim vir suspcionem habens de uxoris adulterio dissimuleret se in longinquum proficiisci animo statim redeundi, vel testes absconditos apponat, vt certus de adulterio possit uxorem dimittere, vel in futurum emendare, nullatenus censeri debet adulterio consentire, sed illud permittere ob honestum finem, sicuti pluribus comprobatur Sanch. lib. 10. disp. 12. num. 52.

Ex eo autem quod maritus causam remotam uxori dederit adulterium committendi negando inquam debitum, non suppeditando alimenta, atque eam è domo, & ex sua cohabitatione expellendo, non censetur adulterio consentire, neque à diuortio faciendo impetratur, vt colligatur ex cap. significasti de diuortiis. Et ibi Glossa verbo materiali. Neque enim mulier ad fornicandum villa ratione adduci debebat: cap. ita ne 32. quest. 5. Neque ignoroscendum est (vñ inquit Vlpijan. leg. palam num. 4.3. ff. de ritu nuptiar. Et Glossa cap. ex litteris de diuortiis.) ei qui obtinet paupertatis turpissimum vitam agit. Atque ita fatentur omnes Doctores telle Sanch. lib. 10. disp. 5. num. 6. Gutierrez. cap. 12.9. num. 8. Basili. Ponce, lib. 9. cap. 17. n. 7. Coninch. disp. 5. dub. 2. in fine. Quod intelligendum inquit Thom. Sanch. Gutierrez. Coninch. & Farin. quest. 14.3. num. 2. nullus vir è intentione uxori repulisset, alimentisve priuasset, vt necessitate compulsa adulterium committeret, quia eo causa adulterium uxoris marito est voluntarium perindeque est, ac si adulterio coniuiceret.

Tertio ob adulterium iam condonatum, & remissum nequit coniux innocens diuortium facere: ipsa enim condonations, & remissione cessu iuri diuertendi acquisto, sicuti unius Doctores docent. Dupliciter autem hæc condonatio fieri potest expreßa, vel tacite: expreßa sit, si verbis expressis remittat iniuriam sibi factam, & ius diuertendi ex ea acquisi-

tum; iuxta leg. si maritus 2.5. §. si negauerint ff. ad leg. iud. de adulteri. Tacita remissio contingit, si conscientia adulterii, & potens sperare diuortium coniugi adulterio copuletur, vel illum ita familiariter tractet, sicut antea, nam prædictis signis satis præsumitur animus habuisse reconciliationis, id estque ad intentandum diuortium, accusandūmque adulterium non admittitur, vt tradit decisio Rotæ apud Farinac. 19.1; volum. 2. consil. Néque ad hanc condonationem requiritur adulteri acceptatio, quia ea condonatio est quædam iuris cessio, & remissio, quæ signis exterioribus manifestata tollitur ab adulterio impedimentum exigendi debitum, quod ex adulterio commissio contraxerat, vt rectè probat Sanch. lib. 10. disputat. 14. à numero 2.

Quod si innocens adulterio prædicta signa remissionis praestet absque animo remittendi ius quod habet accusandi adulterum tam ciuiliter, tam criminaliter, esti in foro externo nec diuortium, neque accusacionem intentare possit; at in foro conscientia probabile est ius diuertendi & accusandi integrum remittere, vt pluribus comprobant Sanch. dicta disp. 14. à num. 21. eo quid illa facta non sint ipso iure remissiones, si quidem facta ex imperio Iudicis, eo quid adulterium non plenè probatum sit, remissionem non inducent, sed solum sunt signa animi remittentis. Quare eo animo deficiente nulla est censenda remissio. Quod fatus indicat Texus in leg. questionem 40. §. item queritur ff. ad leg. Julianam de adulteri. dum in qua destituti viderit. Et leg. regia 8. titul. 17. part. 7. [caspus que aī la a cogio en su casa, entiende se que la perdo.] Non enim alerunt de facto remissile, sed præsumi remissionem fecisse.

Illiud certum remissionem solum esse posse de delicto præterito, non de future, ne delinquenti occasio relabendi concedatur. Quapropter si reconciliatus iterum delictum committat poterit non ob delictum remissum, sed ob delictum de novo patravit intentari ab innocentem accusatio tam ciuilis quoad diuortium, & dorem, quam criminalis ad punitionem. Vnde si vterque fuerit nocens, sibi que mutuò iniuriam celerint, qui post reconciliationem lapsus fuerit diuortio subiectus est, neque innocentis diuortiorum intentant obicitre potest crimina remissa. cap. de his de accusationib. Et cap. si illuc. 2.3. quest. 4. iuncta Glossa verbo recidivo. Et leg. transfig. Cod. de translationib. Neque remittentibus actiones conceditur regressus. Leg. queritur versi si venditor ff. de ædilicio editio. Et tradit ex communis sententia Sanch. lib. 10. disp. 5. num. 21. Et disp. 6. num. 7. Basili. Ponce, lib. 9. cap. 17. in fine. Coninch. disp. 5. dub. 2. concl. 5. num. 17. Molin. tract. 5. disp. 95. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 10.3. p. cap. 7. num. 14.

An vero eo quod vñus coniux adulteri, & emendatus alterum de emendatione moneat, censeatur vterque sibi reconciliari? Non conuenient Doctores Sanch. plures referens lib. 10. disp. 7. num. 4. Paul Laym. lib. 5. sum. tract. 10.3. p. cap. 7. num. 14. Coninch. disp. 5. dub. 2. num. 1. concl. 6. censem reconciliationem factam esse non solum ex parte illius qui monet, & reconciliationem offert, de quo non videtur esse dubium, sed etiam ex parte moniti, qui esto reconciliationem non admittat, admittere illam tenetur, cum si æquæ nocens, ac petens reconciliationem. Sed rectius Basili. Ponce, lib. 10. cap. 17. in fine. Gaspar Hurtado disp. 1. difficult. 3. n. 10. censem admonitionem ex sola admonitione sibi facta, & reconciliatione oblatam, sed non acceptata non cessisse iuri diuertendi, quod ex alterius adulterio acquisierat; quia esto æquæ nocens sit, ac petens reconciliationem, id solum probat non posse alterum accusare delicto sibi non remisso, non tamen probat cessisse iuri diuertendi. At delicto remisso si post remissionem non delinquenter diuortium intentare poterit, quia nihil impedit: si vero iterum in delictum labatur, amittit ius diuortij preendi, emendatus vero intentare diuortium non potest, eo quod sibi non fuerit delictum remissum.

S. III.

An uxorem in adulterio persistentem teneatur innoxens dimittere?

1. Plures affirman obligatum esse recedere.

2. Verius est oportet.

3. Aliquando per accidens hoc obligatio esse potest.

4. Raro, vel nunquam obligata est uxor diuertere à marito adulterio.

VIdimus innocentem neque iniuriam remitterentem diuertere à coniuge nocente posse, inquitur, an teneatur? Plures Doctores, quorum memini Sanchez lib. 10. disp. 13. à numero 4. censem obligatum esse diuertere à coniuge adulteras eo quod apud se retinens, & debitum exigens, & reddens censem ius delicto coniuvere, graueque harederibus legitimis detinimento inferre, si illegitimi, & spurijs supponantur. Et forte ob hanc causam Proverb. 18. dicitur Qui autem tenet adulterum stultus est, & insipiens, siquidem

*s*aretentione suis hereditibus iniuriam irrogat debita hereditate defraudando, siveque fame notam lenonis imponit iuxta Textum in cap. si quis crudelis. 32. quæst. 2. ibi : *Sicut crudelis. Et inquis est, qui easlam dimittit uxori, ita factus est. Et iniustus qui retinet meretricem, patrem enim turpitudinem est.* Ecce cetero vir de adulterio, ibi : *Si vir sciens uxori suam deliquerit, quia non egredi pudentiam, sed permanet in fornicatione, vixerit cum illa reus erit.* Et ius criminis participes.

*C*eterum communis est sententia, & vera per se ratione adulterij nullam esse obligationem uxorem adulteram dimittendi, ut colligitur ex D. August. tractato in cap. idolatria 28. quæst. 2. ibi : *permisit Dominus non iusit.* Et ex cap. quemadmodum, de iure iurando, ibi : *tutius esse adulteram non accusare.* Ad idem est cap. de benedicto, Cap. quod autem, Cap. non erit. Cap. cum venundatur, cap. apud misericordem, 22. quæst. 1. Neque contrarium probant Textus numeri præcedentes, relati loquuntur enim de marito retinente uxorem adulteram nullam adhibiti correcione, namque eius turpitudinis participes, & patronus censeri debet, & omnis nocuenter legitimis hereditibus facti causa. Secundus vero de marito qui retinet adulteram corrigenus, & quantum in se est delictum impediens. Neque est illius alius Textus, ex quo leviter colligatur obligatio expellendi adulteram. Quoniam Christus dominus Matth. 5. & 19. a. præcepto non dimittendi uxori excepti fornicationis causam, indicans sati stante causa fornicationis, neque astringi maritum ad retinendam uxorem, neque ad illam expellendam, sed viuimus ei liberum esse. Rationeque aperata id ipsum conincit. Nam cum diuortium iure ipsi naturæ introductum sit in penam delinqentis, & innocentis fauorem, æquum erat non innocens in illius executione astringetur, sed illo pro suo libro uti posset, alijs in illius penam verteretur. Atque ita ex communis sententia sustinet Sanch. lib. 10. disq. 1. & n. 6. Coninch. disq. 35. dub. 3. Paul. Layman. lib. 5. summaq. 10. 3. p. 6. 7. n. 15. Galp. Hurtado disq. 12. diff. 4. a. n. 1.

*D*ixi per se, nam per accidens ratione correctionis, vel scandali aliquando esti farissimè obligari maritus potest: si enim credit maritus uxorem corridentem esse, scandalumque sedandum, si eam falete ad tempus dimittat, idque præstat posse absque graui suo incommodo, lege charitatis tenetur, uti aduentur prædicti Doctores. Atid fieri est impossibile, idque dixi farissimè posse maritum obligari. Quippe uxor que in domo mariti eam reprehendens, & puniens delinquit, inde dimisla liberius peccabit. Non igitur dimissio correctioni uxoris medium aptum est. Præterquam quod huiusmodi medium est marito overofum, tum quia cogitur celibem vitam agere, tum quia firmat adulterii suspicionem, quæ in grave dedecet ei cedit: uti autem medio ad corridentem uxorem ita dubio & ibi incognito nullatenus maritus tenuerit. Et ob eandem rationem non tenetur ratione vitandi scandalum, seu suspitionis, quam plures conceperunt possunt se delicta uxoris patrocinari, maxime cum huic suspicioni alii mediis succurrere possint, nempe uxoris reprehensione, reclusione, alijs moderata punitione, qua satis intelligi possit ipsum minime adulterio consentire. Quod si adhuc supicio perficit, patienter sustinenda est, est enim scandalum non datum, sed accepsum.

*E*x his a fortiori infertur raro vel nunquam obligaram esse uxorem diuertere a marito adultero. Non enim tenetur correctionis præcepto, cum ipsi virote viro subditæ datum non sit viuum corrigit puniendo, sed monendo, & exhortando, neque dimissio scindenda est medium aptum ad correctionem, quippe dimissus deterior fieri. Præterquam quod uxori incommodissimum est, quae cogitur & celibem vitam degere, & mariti confortis sibi regulariter vitissimo priuari. Minus obligari potest ob vitandum scandalum, seu suspitionem, quod ipsa mariti delictis affeniat, cum omnibus compertum si mulieres ægerrimè ferri maritos alii commiscerent, neque potentes esse ad illos continendos, sicut aduentur Henr. lib. 11. c. 17. n. 3. Matienzo, lib. 5. recopilat. rit. 1. rub. gloss. 1. num. 101. saa, verbo diuortium, num. 6. Sanch. plures referens, disq. 13. num. 101. Coninch. disq. 35. dub. 3. concl. 2. Gaspar Hurtado disq. 11. diff. 4. in fine.

S. IV.

An propria authoritate possit innocens à coninge adultero diuertere, vel necessariò sententia Iudicis requiratur?

- 1 Proponitur ratio dubitandi.
- 2 Scelulo scandalum tam ob adulterium occultum, quam notarium licet diuortium facere.
- 3 Procedit hæc doctrina sine adulterium commissam sit post spoliolum, sive ante.
- 4 Si spoliatus obiciat spoliantis adulterium, non obinde restituendas est, nisi adulterium spoliantis sit æquum notarium.

- 5 Probatur efficaciter ob adulterium occulum posse innocentem recedere.
- 6 Satifit obiectioni.
- 7 Ut prædictum diuortium sit, debet innocens moraliter esse certus de adulterio coningis.
- 8 Ea quæ in indicio externo probata sufficiunt, ut iudex sententiam diuortiū ferat, hanc certitudinem moraliter praefat.
- 9 Exorta controversia super impotentia viri, si ipse adulterio faciat, non potest coniux ad diuortium ex ea confessione procedere.
- 10 Coniux recedens ob adulterium absque sententia restituendas est spoliatio potest.
- 11 Spoliatus certus moraliter de adulterio non tenetur debitum reddere, tametsi superior precipiat.

*R*atio dubitandi sumitur ex eo quod iniquum videatur quemlibet in sua propria causa iudicem esse. At si innocens ob alterius adulterium posset se a coniuge separare, iudex in propria causa est. Item diuortium est pena noctantis, quam ius ipso facta imponit, sed iudici remittere impotest. Denique matrimonium est Ecclesiæ autoritate celebratum: debet ergo autoritate Ecclesiæ, & non ipso sum cum dislocari, ut videatur traditum in cap. facultates cap. bistoria 33. quæst. 2. ob quas rationes Gab. in 4. d. 35. quæstiones art. 1. cons. 5. censem etiam ob notorium adulterium non posse coniugem innocentem diuortium facere, sed necessariò expedire debere Ecclesiæ iudicium. At quando delictum adulterii est occultum, contentit D. Thom. dicto dist. 35. quæst. 1. art. 3. Bonavent. ibi. quæst. 3. Richard. art. 1. quæst. 3. Turecema. in c. facultates. 3. 3. q. 2. quos referit, & sequitur Basil. Ponce, lib. 9. c. 18. à n. 6.

*C*eterum verius censio seculo scandalum tam ob adulterium occultum, quam notorium coniugem innocentem licet diuortium facere tam quoad debiti redditionem, quam quoad mutua cohabitationis separationem. Sic docet Paludan. in 4. d. 33. quæst. 1. art. 3. concl. 3. Sanch. plures referens lib. 10. disq. 11. à n. 5. & n. 14. 3. & seqq. Henr. lib. 11. c. 17. n. 1. Rebello lib. 9. 17. Agid. Confucius. disq. 3. n. 2. Gaspar Hurtado disq. 11. diff. 6. num. 21. & alii.

Et quidem quando adulterium notorium est per evidenter facti, vel confessionem rei in iudicio etiam ciuili non solum innocentem conceditur ius diuertendi ab adulterio, sed neque Ecclesiæ illum compellere potest ab adulterum recipiendum, ut videtur decisum in cap. significasti de diuortiū ibi. si notorium est mulierem ipsam adulterium commississe, ad eam recipiendum prefatus vir cogniti non debet. Et facit cap. ex parte Sponsalib. ibi : quia nemini licet uxorem sine manifesta causa fornicationis dimittere, ergo stante manifesta causa fornicationis licita est dimissio, neque uxor dimissare restitunda est, sicut docet Gloss. c. Agathosa, verbo fornicationis. 27. q. 2. Et c. in verbo fornicationis de adulterio. Panorm. cap. constitutus num. 4. de conuers. coningis. Et c. ex parte de sponsal. Et c. fin. de adulterio. Tiraclel. in leg. s. vnguam. verbo reueratur. num. 137. Cod. resuand. donationis. Gregor. Lopez, leg. 2. verbo seyndon. p. 4. Nauarr. c. 22. n. 23. Surd. de alim. tit. 7. q. 16. Sanch. lib. 10. disq. 12. n. 32. iunct. n. 13. vbi plures referunt. Et enim cum delictum notorium est perinde est ac si publica sententia, & iudicio reus damnatus esset.

Quæ doctrina verissima est, sine adulterium commissum sit spoliolum, sive ante. Quocunque enim tempore notorium commissum sit, restituendum deneganda est. Nam esto in dicto cap. significasti solum facta sit mentio adulterii post spoliolum perpetratum, id factum est, quia in eo aliqua ratio dubitandi esse poterat ex eo quod spoliants occasionem adulterii dederat, non quia decisio ad adulterium commissum post spoliolum restituta sit, cum illud adulterium leuius sit, quam commissum ante spoliolum, ut recte alius relat. notavit Sanch. lib. 10. disq. 11. num. 30.

Verum ob adulterium occultum posse seculo scandalum coniugem innocentem ab adultero diuertere nullam expectat sententia hac efficaciter probo. Matrimonii natura est, ut coniuges sibi iniuriam obligentur ad mutuam cohabitationem & debiti redditionem, dum carnem suam in alienam non diuertant. Ergo facta hac diuisione ab adultero casus in innocentem obligatio per contractum matrimonij accepta, sicut casus qualibet alia promissio cessante conditione sub qua tacite facta est. Vnde in diuortio innocentis non sibi ius dicunt, sed iure a matrimonij natura concessu virtutur, quod ius Ecclesiæ approbando matrimonium approbare conetur, idque authoritate Ecclesiæ dici potest diuortium prædictum celebratum. Per quæ ratio dubitandi soluta est. Et confirmatur: ob adulterium notorium, seu ut placet Basil. Ponce, ob adulterium, quod incontrinenti notorium fieri potest probatio oblatæ, licet coniugi innocentis propria authoritate à notoriis diuertere, ergo æquum ei licet in foro conscientia ob adulterium securum. Quippe ius diuertendi non ex publicitate, sed ex delicto nascitur. Publicitas enim solum ad scandulum scandalum requiritur, quare scandalum cessante quomodo docunque

de quoque constet de adulterio possidet innocens ius diu-

tandi.
Quod si dicas id verum esse spectatā matrimonij naturā; at ob vitandas homiū fraudes, & malitias hæc separatio absque Ecclesiæ declaratione interdicuntur; obstat; quia nullus est Texus ex quo colligatur hoc præceptum, & obligatio. Nam Texitus qui per ratione dubitandi referuntur nihil probant. Etenim cap. *secularis* non de dimissione ex causa adulterii, sed scutis loquitur, qua causa cùm Ecclesiæ autoritate introducta sit, & hætitudinem habeat, æquum non erat cuiusvis iudicio remitti, scitis in adulterio quid indubitate est & iure naturali diuortio causam præstat. Præterquam quod ibidem excommunicantur, qui nullas causas diffidit probabilitate proponentes, antequam lis per Ecclesiasticos Iudices decidatur vxores dimittunt, quod est diuersum à nostro iure, in quo adulterium innocentem certum esse debet, ut dicimus. Texus in cap. *historia* præcipit vxorem autem omniam restituere quia de adulterio nondum collabat; solum facessit negotium Texus in cap. *poro, de diuortio*, ibi *Etiangi parentela est publica, & notoria ab aliquo iudicio Ecclesiæ ad ea separari non posse*, sed hic Texus non de diuortio quoad thorum cohabitationem loquitur, sed de matrimonij dissolutione quoad vinculum, & libertatem alteri copulandi. Quæ res cùm grauissima sit, & gravioribus periculis exposita, merito iudicium Ecclesiæ requirit. Nullus est ergo Texus, quo colligantur sententiam Ecclesiæ expectandam esse ad diuortium: quin imò haec necessariam non esse indicat. Texus in cœ parte de *Sponsalib.* ibi: *Quia nemini licet uxorem sine manu sua fornicationis dimittere.* Supponit ergo stante manifesta causa fornicationis, manifesta inquam ipsi innocentia polle nulla exspectata sententia ab adultero recedere: & agentis id exprimitur a Hieronymo in *cœlito Dominus*, 32. q. 1. ibi: *Vicinque fornicatio est, vel fornicationis suspicio, liber dimittitur uxor.* Notandum est verbum *libere*, quod nulam requirit licentiam, vel sententiam, quia ipsummee indicat esse sententiam latam, ut pluribus comprobatur Tiraquel, in leg. *enquam, verbo reveretur à num. 134. Cor. de reverendis donis.* Et colligitur aperte ex c. *pro humano, verbo liber de homicidio* in 6. Et licet verbum *libere* idem sit, (ut placet Basili Ponce, lib. 9. c. 18. in fine,) ac licet, & peremptam tamen addidit sententiam Ecclesiæ necessariam esse, cùm in predicto Texu nulla huic sententia mentio sit. Quodque non licet conflat legi a Christo Domino latè Matth. 5. & 19. concedenti viris ex causa fornicationis vxores dimittere. Ex qua concessione Iudices Ecclesiastici colligunt quid in his casis debent decideri, non tamen mariti de adulterio vxoris certi eorum Iudicium decisionem expellare astringuntur, ut falsò putauit Basili Ponce, d.c. 18. num. 9. Fauèque factum Iosephi Murch. 1. volentis lancifimam virginem occulite dimittere ob adulterij suspitionem, scitis multis comprobatur Maldonat. ibi. Et Suar. tom. 2. in 3. p. question. 29. articul. 1. s. t. 2.

Ut autem predictum diuortium innocens faciat, debet certos moraliter esse de adulterio coniugis alterius, ob dubium enim, vel suspicione probablem nequit in iure coniugis quasi sententia esse ferre, & iure quoq; habet priuare, scicte omnes Doctores notant, & colligunt ex c. ex parte de *Sponsalib.* ibi: *qua nemini licet uxorem ab aliquo manifesta fornicationis causa dimittere.* Et licet in *cœlito Dominus*, 32. q. 1. dicatur vicinque fornicatio est, vel fornicationis suspicio liber dimittitur uxor. Nomine suspicione non quæcumque suspicio, sed violenta, & que certitudinem morali æquivalat intelligitur.

Dubium tamen est, quæ hanc certitudinem moralem praefeat? Respondeo ea sola esse quæ in iudicio externo probata sufficere, ut Index sententiam diuortij proferret, ut multis comprobat Sanch. lib. 10. disp. 12. num. 40. Gutierr. cap. 12. num. 12. Quippe coniux innocens recedens ab adultero quaque sententiam profert. Ita particulari autem esse solum cum solam cum nuda, in eodem leto, non est dubium esse sufficiens adulterij indicium, ut deciditur in cap. litteris, de *præsumpt.* Ofcula autem, & amplexus præcisè est plures Doctores, quos referit Sanch. dicta disp. 12. num. 46. concilient sufficere ad separationem, verius est oppositum, ut tradit ipse Sanch. num. 47. eo quod neque ex natura rei, neque ex aliqua lege plenè adulterium inde proberet: ut si prædicta ofcula, & amplexus contingent in loco abdito, & secreto, vbi faciliter copula haberet posset, vel alii coniugis adiumentum fine dubio credo sufficere si non ad condemnationem criminalem peccata ordinaria, bene tamen ad diuortij separationem, ut pluribus allegatis docuit Burlat. conf. 18. num. 3. volum. 2. Mafcard. de probat. concl. 57. n. 5. & conc. 64. & à n. 1. Coquain. 4. decret. 2. p. 6. 7. 8. 6. numero 3. Azeuedo lib. 8. recipil. titul. 20. Rab. num. 14. Graffis 1. p. deces. lib. 2. c. 8. 4. num. 5. Natur. Rub. de *iudicio*. num. 10. Neque contradicit Sanch. subiecte inficiatur, ut constar ex his quæ dixerat dicta disp. 12. n. 4. in fine.

Et idem dicendum existimo, si aliqua littera amorato-

ipsius mulieris reperirentur, quibus adulterium præteritum satetur, nam esto illa confessio vaporē extrajudicialis non plenē delictum probet. At facta in iudicio plenē illud probaret. Cum ergo in præsenti agamus de diuortio extrajudicialiter facta, ea confessio extrajudicialis sufficiens esse debet, maximè cum predictæ confessioni adlungantur amatoriae litteræ. Amatio militæ, quæ simul cum illa confessione sufficiens iudicem mouere possent ad iudicium de adulterio ferendum, ut recte tradit Menoch. de *præsumpt.* lib. 5. *præsumpt.* in fine. Parlius conf. 5. 4. in fine volum. 4. Mafcard. de probat. concl. 6. num. 10. Si enim inquit Sanch. dicta disp. 12. num. 51. Et confenit Gutierr. c. 129. num. 12. *vñs quare concil. fatis est ut coniux innocens diuertere possit de sui coniugis adulterio, seu de illius violenta indicio certior fiat à persona fide dignissima, cum merito prudentissimi quisque fidem habere, quia illud dictum certitudinem moralem præstat, à fortiori ipsius coniugis adulterantis in amatoris litteris facta certitudinem moralem præstare confenda est.* Minor namque probatio adulterij, seu illius violenta suspicione requiriatur ad d. uortum propriâ authoritate factum, quam factum iudicio Ecclesiæ. Præterquam quod fatus probabile est, ut pluribus firmare Ioann. Bapt. Ferret. conf. 1. 6. 8. num. 4. & 5. Farac. t. 4. q. 1. 3. 6. num. 18. Gutierr. c. 129. n. 18. in fine. Ad diuortium celebrandum non esse opus ea indicia adulterij, quæ suspicione violentiam, sed fatus esse quæ probabilem, & vehementem in suspicione indicateat.

Illud pro certo habendum est, si exorta controuersia super impotencia vii ad matrimonij dissolutionem ipse fateatur adulterio commisile, ex ea confessione eti in iudicio facta non potest vxori diuortio intentare, quia illa confessio præsumptio debet fraudulentem ad elideandam vxoris intentionem, fatusque est contra formam præscriptam in cap. ex litteris de diuortio, ut recte norauit Riccius in *praxi decisi.* 2. 32. Et ex illo Basili Ponce, lib. 10. c. 18. n. 4.

Verum est illa exspectata Ecclesiæ sententia possit innocens celus scandalio se à coniuge adultero separare; ut si coniux spoliatus querelam fieret de iniuria sibi illata, restitutio, & neque per statim restituendis est, neque separatio permittenda, quiaque adulterium plenè probatum sit: sicuti decisum est in cap. *significati de diuortiis*, per argumentum à contrario sensu; expressius cap. 2. cap. in litteris, cap. in *conquestiones* cap. item cœnus quæ de restitu. spoliator. & traducti omnes. Neque enim æquum est coniugem publicè priuare suo iure, & possessione, quin publicè confiteri de causa ob quam eo iure, & possessione priuatus est. Quocirca hæc restitutio quad omnia facienda est tam quod mutuam cohabitationem, quam quod debiti redditionem, ut habetur c. red. negrand. 1. & 2. 3. quest. 1. quia his omnibus spoliatur est, neque vilium ad eum periculum, vel dampnum, ob cuius causam impedienda sit restitutio quad debijum coniugale, sicuti ad eum cum spoliatur coniux ob matrimonij nullitatem. Quo casu oblatis incontinenti probationibus non restitutur spoliatus ad coniugale debitum ob peccati periculum, sed ad murum cotabitationem. c. litteras de restit. spoliat. Atque ita tradit syluef. verb. *Matrimonium*, 10. 7. 1. Tabiena codex. 4. q. 9. num. 10. Alberic. in suo dictionario verbo *Matrimonium*. 9. vers. 11. Sanchez lib. 10. disputatio. 12. num. 15.

Ipsæ tamen spoliants certus moraliter de adulterio, præceptio Superioris iubentis spoliato redditi debitum obediens non tenet, quia prædictum præceptum, vaporē ex falso præsumptione latum obligationem non inducit, maximè cum ex eius obseruatione spoliante documentum proueniat bigamia, si velit ad Ordines transire, & vxori virginem accepit, neque post adulterium cognoverit. Quo casu quia damnum est irreparabile existimat Sanch. dicta disp. 12. num. 22. circa fin m. cum Menoch. de *recuperando, posselli, rem. 1. num. 11. 5. & 30.8. Alexandro in leg. naturaliter. 5. nihil commune. num. 20. ff. de acquir. possell. Gregor. Lopez leg. 7. verbo que le entrege se. tit. 2. part. 3. virum spoliantem, offertemque probationes incontinenti, id est intra breve tempus arbitrio iudicis, cogendum non esse vxorem spoliatam admittere ad coniugale debitum, tamen si ad omnia alia restitutur. Argum. cap. litteras de restit. spoliat. Extra hunc vero casum eti spoliata prius recellerit, vel spoliants incontinenti offerat probationes, restitutio facienda est, ut multis comprobat Sanch. dicta disp. 12. à num. 20.*

§. V.

Qualiter coniux innocens procedere debeat diuortium judicialiter intentans?

¹ Dupli actione ciuitati, & criminali potest procedere.

² Si maritus ad penam sanguinis uxorem accuset, coram ecclesiasticali agere debet. Si vero ad alias penas coram seculari, vel Ecclesiastico.

- 3 Si ciuiliter procedat coniux ad diuortium, item coram Ecclesiastico intentare debet.
 4 Intentata ciuili actione nequit coniux ad criminalem transire, vel e contra.
 5 Pendente lite sive criminali, sive ciuili alimenta, & lites expensae vxori ministrandae sunt.
 6 Si vxor legitimè accusata falsis probationibus se defensat, solum obligata est restituere marito expensas lites.
 7 Obligatus videtur maritus dotem uxori in hac parte restitue-re. Quidquid alio contra sentiant.

Dplex actio coniugi innocentia conceditur aduersus coniugem adulterum ciuili, & criminali. Ciuilis est, qua ad separationem thor, mutuaque habitationis, & amissionem doris tendit, criminalis, qua ad poenam sanguinis procedit. Hec autem criminalis actio solum competit marito aduersus vxorem, non econtra, ut expressè dicitur in leg. Cod. ad leg. Iul. de adulterio. Et leg. regia 3. ii. 20. lib. 3. noua recipiat. Ideoque accusanti criminaliter marito vxorem de adulterio, non licet vxori exceptionem adulterii mariti opponere, quia in hac actione pares non sunt, neque in illis delictis quoad prædictam poenam admittunt compensatio. Actio ciuilis virique coniugi competit, & viuis delictum alterius delicto compensatur.

Si igitur maritus ad poenam sanguinis vxorem accuset, necessariò actionem intentare debet coram iudice seculari, quia solum ille est competens ad poenam sanguinis imponendam, uti deciditur cap. sententiam sanguinis. No Clerici, vel Monachi. Et cap. sua de procuratorib. Et ibi Panormit. num. 6. Immola num. 1. At si alias penas infligendas accusetur adulteri coram seculari, vel Ecclesiastico iudice actio intentari potest, quia iverque iudex competens est, locutusque datur præventioni. Quippe adulterium est iniuria sacramento matrimonij facta, cuius punio virisque iudicii seculari, & Ecclesiastico competit, sicut opimè tradit Panormit. dicto cap. sua num. 6. Cœlari. 4. decret. 2. part. cap. 7. §. 6. num. 20. Iulius Clariuslib. 5. recept. §. finibus 37. n. 3. Anafal. German. lib. 3. de sacro invenit. cap. 12. num. 56. Barbosa. 2. part. 1. in princ. num. 1. 39. ff. soluto matrimonio, quos referit, & sequitur Sanch. lib. 10. disp. 8. num. 15.

At si ciuiliter procedat coniux ad diuortium, amissionemque doris, necessariò coram iudice Ecclesiastico actionem intentare debet. Nam cùm agatur de obligatione matrimonij dissoluenda, solum iudex Ecclesiasticus competens est, sicut colligitur ex cap. sua de procurat. & cap. 1. ut lite non contestata. Et tradit Iulius Clarius, & Anafal. Germanius vbi supra. Conuar. dicto capite 7. §. 6. numero 8. Anton. Gomez leg. 80. Iuris numero 47. Graffis 1. part. decis. lib. 2. cap. 8. 4. numero 12. & aliis relatibus Sanch. lib. 10. disputat. 8. numero 15.

Intentata autem ciuili actione nequit coniux ad criminalem transire, non solum quando pendit vius actions iudicium, ut deciditur expressè in leg. unica. Cod. quando ciuili actio criminali praedita, sed etiam eo iudicio finito, eo quod in hac causa diuorti virumque iudicium ad idem tendit, scilicet ad punitionem adulterii, vel primando illum potestate exigendi debitum, dolisque amissionem, vel poenam mortis imponendo. Quo casu una actio alteri praedita, ut nota Glosa in Iurisdictio leg. unica, verbo re familiari. Et Abbas cap. sua num. 4. de procuratorib. Barbosa leg. 2. part. 1. in princip. num. 1. 38. & seqq. soluto matrimonio. Sanch. lib. 10. disp. 8. n. 19. vbi num. 20. opimè probat neque etiam per exceptionem licere marito, qui prius de adulterio, vxorem accusavit, & deflexit, vel virtus fuit obsecere adulterium vxori eius consoribus, bonaque dotalia repetenter, deduceret namque alia via in iudicium, quod indicatum est, vel iudicandum pender contra leg. diuobus 19. ff. de except. rei iudicata.

Pendente lite sive criminali, sive ciuili alimenta, & lites expensae vxori ministrandae sunt, non solum quando ipsa diuortium aduersus virum ob adulterium ab eo commissum intentaret, quod certissimum esse recte tradunt Gurier. lib. 1. can. cap. 14. numero 7. Barbosa Rab. ff. soluto matrimonio 2. part. numero 44. in fine. Sanch. lib. disp. 8. num. 28. sed etiam quando aduersus illam diuortium à viro intentaret, quia lites pendente nihil est innouandum, quod procedit etiam si adulterium notiorum sit, ut adserunt Zealous in suis quæst. comm. quis. 7. 3. 4. num. 18. Et seqq. Farinac. t. 4. quis. 1. 4. 3. num. 4. 3. Gurier. cap. 12. 9. n. 10. Sanch. loco allegato, tametsi in foro conscientia ad ea alimenta, & expensas subministrandas non tenetur vir certus de vxori adulterio, vel tradunt Sanch. Gurier. & Farinac. nuper allegati. Quinimo neque in foro externo tenetur vir subministrare alimenta vxori è domo sua fugienti ob timorem, quem haberet è viro male tractandam causa adulterii suscipiatis, ut recte Farinac. dicta disp. 14. 3. num. 4. 5. Gurier. cap. 12. 9. de matrimonio num. 24. Quippe vir non tenetur extra domum vxorem alere, quando ipse causam recessus non dedit.

Quod si vxor legitimè de adulterio accusata fas le proportionibus defendat, impediaturque diuortium, & applicacionem suorum bonorum marito, veris est solum committere peccatum in hac falsitate, obligatamque esse restituere marito expensas lites, & si quid aliud dannum ex illius prosecutione incurrit, siquidem ad impedendum diuortium, & applicationem suorum bonorum magno nullum ius habet, si nullam obligationem habere restituendi marito bona que pertinentiam illi essent applicanda. Quippe ad proprietatem illorum bonorum nullum habet ius nisi media sententia, qua etio in iustè impeditur, ea iniustitia non est aduersus maritum, sed aduersus Rem publicam, publicumque iudicium, quod peruerit, sicut docuit Navarr. cap. 18. num. 49. Graffis 1. part. decis. lib. 3. cap. 7. numero 2. 5. Merina lib. 1. sum. capite 14. §. 3. 5. Ludovic. Lopez 1. part. mtruct. cap. 159. §. At Navarrus. & alii, quos referit, & sequitur Sanch. lib. 10. disp. 8. num. 14.

Ex his inferendum videtur obligatum esse maritum docem vxoris restituere, à qua se separauit ob adulterium commis-sum, siquidem vxor dorem perdere non potest, quoque per sententiam ad illius priuationem damnata sit, ut pluribus firmat Couraur. 4. decret. 2. part. cap. 7. §. 6. num. 1. est enim doris amissio pena adulterii lata in cap. plerunque de dom. inter viram & vxor leg. consensu. §. 1. Cod. de repudijs. Leg. unica. §. taceat. Cod. de ret. vxoria actione. Leg. miles §. sicuti si ad leg. Iul. de adulterio. At reus poenam fibris non teutetur, quoque sententia saltem declaratoria criminis accedit, ut lat. probauimus trax. de legibus, vbi de lege panali. Ego vxor dorem amittere non tenetur ante sententiam, ac proinde maritus videtur obligatus ei dorem restituere. Contrarium defendit Sanch. lib. 10. disp. 8. num. 13. ex motu ratione, cui competit exceptio, ne aliquis solvere aliter obligatus habet ius retinendam in foro conscientiae, quam ex iure, ut probavit lib. 6. disp. 3. num. 34. ac maritus ob adulterium vxoris ab ea recedens habet inscipienti contra vxorem repente dorem opponents ipsi adulterium, ratione cuius liberatur à doris solutio-ne, ergo potest dorem ipsam retinere. Et confirmat ex Textu in cap. plerunque de donacionib. inter vir. & vx. vbi vxor recedens à viro ob causam fornicationis iudicio Ecclesiastice, aut propriâ voluntate, nec reconciliata postea sit, et dorem, vel dotalium repetere non valebit. Si igitur repetere non valet dorem, ergo maritus illam retinere potest. Sed hæ rationes non conuincunt. Fatoe namque rei nre quilibet posse omne illud, pro quo ipso iure habet exceptionem ne soluat, at adulterium non excipi ipsi iure à solutione doris, neque ipso iure dorem manu concedit, sed media sententia, ergo quoque sententia adueniar non habet maritas ius doris retinenda. Quod vero adulteria denegetur iudicialis repetere dorem non inde inferatur maritus illam retinere ante sententiam posse, fluctuus inferatur marito acquisiri, sed solum inferatur vxorem in foro extero nullum ius habere, ut sibi dos concedatur, et non possum commisso adulterio veniat dote priuanda. Atque ita verius existimo maritum propriâ autoritate ab vxore adulteria recedentem non posse ante sententiam eius dorem retinere, tamecum vxori dorem repente exceptionem adulterii opponere possit, ne illi concedatur, sed potius sibi applicetur, ut bene tradit Abbas dicto capite plerunque numero 4. Angelus, verbo Adulterium num. 6. Sylvest. quest. 6. Rosella. verbo Diuortium num. 4.

§. VI.

Qualiter factò diuortio propriâ authoritate, vel per sententiam se gerere possit
innocens?

- 1 Poteſt ianocens vxori reconciliari, et ſi non obligetur.
- 2 Satisfit obiectio.
- 3 Poteſt coniux innocens sacros Ordines sumere, vel Religionem ingredi.
- 4 Non tenetur maritus vxori adultera alimenta præbere.
- 5 Proponuntur duæ quæſiones.
- 6 Si ſententia diuortij nulla fuit, restituenda ſunt omnia uxori.
- 7 Procedit etiam ſacris ſi initiatuſ.
- 8 Si iverque coniux credens diuortium legitimè eſſe factum statum mutauerit, et iverque poteſt alterum repeteſſe, et ſi Sanch. convariorum confeſſat.
- 9 Si innocens in adulterium incidat, antequam ſententia tranſeat in rem indicatam, obligatus eſſe coniugi reconciliari.
- 10 Si adulterium commisſum ſit, poſquam ſententia diuortij tranſeat in rem indicatam, plures confeſſantur non eſſe obligatum reconciliari in foro conscientia, bene ramen ex officio iudicari.
- 11 Verius eſſe in foro conscientia, et ad petitionem partis eſſe reconciliandum.
- 12 Satisfundamentis oppoſitum.

Disputatio III.

- Si post hanc sententiam innocens sacros Ordines suscepit, vel Religionem professus est, non est restituendus.
Examinatur an factio diuortio tenetur vir in adulterium incidens donum uxori reddere.
Quid si ante latam sententiam conuerat vir cum uxore adultera de lacranda dote.

Certum est diuertentem iust ab uxore adultera, & rebus in eodem statu permanentibus eti possit uxori reconciliari, nullam tamen habete obligationem, tametsi uxor emendata sit; quia adulterium est causa perpetui diuortij, si cui tradit Durand. in 4. dist. 3. quest. 2. Bonavent. eodem dist. art. 1. quest. 5. Palitam. art. 2. art. 2. Major. quest. 1. prope summ. Gab. quest. 1. art. 1. concil. 7. Soto dist. 3. quest. unica art. 3. conclus. 4. Basili. Ponce, lib. 9. cap. 19. numero 6. Layman. lib. 5. summ. tractat. 10. 3. part. cap. 19. numer. 8. & fecit omnes Doctores.

Neque contrarium probatur ex cap. ego dixi 3. 4. quest. 1. & 2. vbi inquit Textus: Si vir non receperit suam uxorem iam patrem peccatum, & magnum peccatum admittit, quia id intelligendum est, quando ex indignatione, & odio non admitteret, non vero quando eam non admitteret, vt iure diuortij tueretur; vel dic peccate si timeat incontinentia periculum uxoris eam repellendum, cui tamen periculi abi que graui incommodo subvenire posse. Neque item obstat Textus in cap. quod autem 32. quest. 1. dicens: Nunc autem postquam Christus ait adultera, Neque ego te condemnabo; qui non intelligat debere maritum ignorare, quod videt ignorare Dominum amorum. Et cap. Si vir de adulterio. dicitur: Quod si mulier dimisit aegerit penitentiam, & voluerit ad virum suum reuerti debet, sed non sapa recipere peccatum. Norandum est verbum debet, quod videtur obligationem indicare, sed rectius dicitur, si explicemus verbum debet, indicare obligationem debiti ex honestate, & exequitate, non ex lege, & precepto.

Secundum est certum posse coniugem innocentem, neque docenti reconciliari Ordines sacros assumere, vel Religionem ingredi, si diuortium per sententiam iudicium celebratum sit, constat ex cap. Agath. 27. quest. 2. & ex cap. constitut. Cap. veniens de conuers. coniug. Et ratio est manifesta, quia ob adulterium commissum ius exigendi debitum, nunquam cohabitationem adulteri amittit, ac proinde innocens ab omni coniugali debito liber est; nihil ergo impedit, quin Religionem ingrediatur, vel Ordines sacros assumat; & idem est velit solum simplex casu statu voluntari emittere. Atque ita tradit D. Thom. ab omnibus receptus in 4. dist. 15. quest. unica art. 5. ad 3. At si ex adulterio occulto recesserit validè initio nocente Ordines assumere, vel Religionem proficiatur, illuc tamen id praestat, quia potest a nocente peccate restituendum reuocari, quod in graue Religionis, & Ordinis assumpti detrimentum cedit, & in proximorum non leue scandalum. Quinamodo esto adulterium notoriū sit, si tamen sententia iudicialis non accedit; credo graue peccatum committere qui facios Ordines, vel Religionem proficeretur adulterio iniurio, eo quod sub opinione positum sit ante sententiam latam diuortij coniugem spoliatum, etiam si ex causa notoria spoliatus sit, esse restituendum, vt optimè tradit Sanch. lib. 10. de matrim. disputat. 11. a numero 12. & seqq.

Tertiò est plures Doctores, quorum memini Sanch. lib. 10. dist. 8. a. num. 2. 3. facis probabilitati censem obligatum esse maritum alimento uxori adulteria præberet, eo quod per diuortium non defuerit esse vxor, maximè si ipse maritus occasionem adulterii dederit eam è domo expellens, vel crudeliter tradans, verius tamen sit nullam marito innocentem subesse obligationem, quia ob adulterium ab omni debito coniugali solvus est, multis comprobato Sanch. d. dist. 8. num. 2. & seqq. Farinac. t. 4. quest. 14. numer. 41. Gutierrez. cap. 12. 9. num. 2. 3.

Quocirca controvërsia in ea sita est. An si coniux innocens comprehendat sententiam diuortij fusile ex falso prælumpnionelatam, eo quod testes de adulterio deponentes decepti sunt, velipsi ante sententiam adulterium commiserit, tenetur uxori spoliari reconciliari, eique dotem, aliaque bona reddere, ac si sententia lata non esset; & similiiter vertitur quæstio, an eandem reconciliationem tenetur praestare, si post sententiam latam adulterium committat.

Circa primum casum facentur omnes Doctores reconciliacionem faciendam esse, eo quod illa sententia nulla fuerit,

neque transire posse in rem iudicatam; cum æquè veterque coniux innocens sit, vel nocens. Quapropter spoliatus si de nullitate sententiae aliunde constaret nullo petito beneficio restitutoris, posset adulterius illam reclamare, & iudex annuere debebit. Quod si de errore sententiae aliunde non constat petitio beneficio restitutoris ex clausula generali: que mihi in ista causa subest leg. 1. §. fin. ss. ex quibus causis maiore. Quod beneficium necessarii concedendum est, vt pluribus firmat Gutierrez. de iuram. 3. part. cap. 7. numer. 8. Zeuallos

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

Panell. VI. §. III.

109

in suis qq. practicis, quest. 542. num. 3. probabit ex nouis actibus facilitatem, cui predicta sententia adhaesit: qua facta probacione revocanda sententia est, & spoliatus per omnia restituendus.

Quod adeò verum est, vt esto is in cuius favorem diuortium celebratum est Sacris initiatu, vel profecitionem fecerit, adhuc cogendus est cum coniuge spoliato habitare, quia illa status mutatio obstat non potest iuri spoliato quæstio, vt ex communis sententia tradit. D. Thom. in 4. d. 35. quest. unica art. 5. ad 3. Sylvest. verbo Diuorum quest. 1. num. 24. Sotus in 4. d. 3. 6. quest. unica art. 5. ad 3. Graffis 2. part. deci. lib. 18. cap. 12. num. 62. Sanch. lib. 10. dist. 9. num. 9. Basili. Ponce, lib. 9. cap. 20. num. 2. Quia in quo esto a coniuge spoliato non repeatatur, potest ipse feculso scandalum Religionem defere, ut potest cuius profecio nulla fuit, eo quod affectus erat coniugali debito iuxta Texum in cap. quidam cap. veniens de conuers. coniugat. Cap. sum qui dicant. Cap. Agathose 27. quest. 2. Et tradit aliis relatis Sanch. d. dist. 9. num. 10. Basili. Ponce, cap. 20. n. 2. Cui non obstat decretum Cone. Trid. fest. 2. 5. de regularib. cap. 19. damnans tanquam apostatas eos, qui quacunque ex causa habitu dimittunt, quia id intelligendum est de his qui sponte habitum dimiserint, scilicet de his qui ex obligatione quales est coniugatus qui ex obligatione coniugii dimittuntur. Ponce loco aleg.

Verum si vterque coniux credens diuortionum legitimè esse factum statim mutauerit, existimat Sanch. d. dist. 9. num. 2. 3. neutrum posse alterum repeteret, quia ille in cuius favorem diuortionum factum est Religionem ingrediens, vel Ordinem sacram assumens cessit quantum in se tui iuri debitum excedi, qui cessionis facta aliis Religionem ingrediens nullam ei irrogat iniuriam, ac proinde ingressus reat. Sed verius est neutrana profecitionem valere, & quemlibet repeteret alterum posse, nam spoliatus profecio ut potest facta ab aliquo legitimo spoliati consensu eandem nullitatem habet, ac si sententia diuortij lata non esset, siquidem illa sententia, ut supponimus, nulla fuit. Et ob eandem rationem profecio spoliati nulla est, quia est facta in praedictum spoliantis integrum coniugale ius tenentis, cui ex errore cessit, ideoque nec ecclæ potest. Atque ita docent expressè Alterius lib. 8. num. 2. p. tit. 3. art. 2. quest. 5. Rofella verbo Diuorum. num. 2. huiusque sententiae sunt omnes Doctores, qui indistinctè aliena professionem (poliantis esse nullam, nulla restrictione facta) an vterque statim mutauerit.

Quod secundum casum, quando post sententiam innocens in adulterium incidit. Grauior est dubitatio. Et quidem si adulterium commissum sit, antequam sententia translat in rem iudicatur, co quod elapsum non sit appellatio nisi tempus, vel lata sit adulterii minorem, qui beneficio restitutoris vt potest, ab aliquo dubio obligatus est coniugi dimisso reconciliari, neque potest etiam si occulatum sit adulterium profeciduorum; quia æquè reus est, & delicta comparsata sunt, sicuti notavit Basili. Ponce, lib. 9. cap. 20. n. 3. Sanch. lib. 10. dist. 9. num. 10. infine.

At si adulterium commissum sit postquam sententia diuortij translat in rem iudicatur; graues Theologi, & Canonistæ sententia adulterium dimisum non posse dimittentem repeteret, neque dimittentem obligatum esse in foro conscientia dimisso reconciliari, esse tamen ex officio iudicis reconciliandos si periculum incontinentie subficiuntur, sicuti tradit D. Thom. in 4. dist. 3. quest. unica art. 6. ad 4. Et ibi Durand. quest. 1. art. 2. Sotus dist. 6. quest. unica art. 6. ad 3. Henric. lib. 1. cap. 17. num. 3. Et alii plures, quos referit, & sequuntur Sanch. lib. 10. disputat. 9. num. 3. o. & seqq. Layman. lib. 5. summ. tractat. 10. 3. part. cap. 7. num. 14.

Probat Sanch. priorem partem sua sententia. Primò quia quod semel bene defuitum minime retractandum est cap. quod bens 6. quest. 4. Secundò quia seruitus semel amissa non renascitur, cap. quaris de consecrat. dist. 4. leg. Stichum §. aream ff. de solutionib. at seruitus coniugis innocentis amittitur latam diuortij sententia, ergo postmodum adulterante non renascitur. Tertiò esti adulterii exceptio alio adulterio extinguatur, at exceptio rei iudicatae aboleri non potest adulterio post sententiam admitti. Quarto diuortij sententia absoluti innocentem à debito coniugali societatis, ita ut fornicans postea non censeatur adulteri comparatione coniugis dimisi, sed in ordine ad Deum ob vinculum matrimonij perseverans, sicuti non censemur coniux iniuriam facere ei, qui suo adulterio coniuget, cestante vero iniuria cessat causa diuortij. Quinid sententia diuortij non fertur sub conditione aliqua in fauorem rei, nimis latam si innocens se continuerit, sed comparatione illius absolute est, translatique in rem iudicatam. Si ergo innocentem à coniugali seruitute absolue liberetur, non poterit adulterium ad eam seruiture reuocare, maximè cum id iure eascum non iaueniatur, & omnia iura clamēt sententiam ita latam reuocari non posse. Secundum partem scilicet posse iudicem ex officio compellere praedictum coniugem innocentem postea nocente, vt alteri adulterii quæ sententia diuortij lata est reconcilietur, probat Sanch. ex doctrina

K Bart.

Bart. in leg. 1. §. hoc autem iudicium num. 2. de danno infesto, affterient iudicem vi posse officio tuo in publicam utilitatem, & miserabilum personarum. Præterquam quod adulterium superueniens prædictat rei iudicatae ob animæ periculum.

11 Nihilominus longè verius est non solum ex Iudicis officio, sed ad petitionem patris cogendum esse innocentem postmodum nocte item nocenti dimissi reconciliari, obligatoque esse in conscientia hanc præstare reconciliatiouem quolibet volente: sic docuit Glossa in c. ex litteris de diuortiis, verbo adiuvicem separati. D. Antoniu. 3. partit. 1. cap. 21. §. 6. Paludan. in 4. dis. 3. quæst. 2. art. 2. Navarr. lib. 4. consil. cons. 1. de diuortiis. in 2. art. n. 2. Petri de Soto de mar. lec. 12. paulo ante finem. Graffis 2. p. decisi. lib. 1. c. 12. num. 7. 3. caſis 3. Molina 1. 3. dis. 9. 5. num. 5. Coninch. dis. 3. dub. 1. n. 1. Pafli. Ponce. lib. 9. c. 6. Et alij plures relati a Sanch. n. 6. lib. 10. dis. 9. n. 7. vbi hanc sententiam cetera valde probabilem. Ratio autem videatur manifesta, quia sententia diuortiis ob adulterium ab altero conuge commixtum non concedit innocentem ius ab eo diuertendi, sed ius quod ex adulterio acquisuit declarat, vt eo publicè vel possit. At ius quod ex adulterio innocentem acquiritur est dum innocens est, ergo factio nocente cesserat prædictum ius, ac proinde obligatus est reconciliari, scilicet obligatur, si adulterium committitur ante sententiam latam.

12 Neque argumenta in contrarium virgint. Ad primum concedo ritè definhit non esse retractandum ex illis causis, ex quibus definitum est; at si noua causa superueniat, retractari poterit, neque hac dicenda est prioris sententiae retractatio, sed noua causa decisio. Eodem modo secundum argumentum solendum est, admittimus namque seruitutem amissam non redire, nisi ex noua causa contrahatur, vt contingere potest in seruo manumisso, qui si iterum in bello iusto capiatur, iterum potest in eandem seruitutem redire. Cùn ergo post sententiam adulterium succedit, quo innocens factus est, seruitus, & obligatio antiqua, à qua ob suam innocentem, & alterius delictum exemptus erat redit, sicut redire, si denudo adulterio reconciliari; sicut enim delictum vim habet reconciliationis, siquidem eo alterius delictum compensatur. Ad tertium concedo exceptionem rei iudicatae semper nocenti oblate, ne possum in dubium reuocare sententiam latam, at ei nullo modo obstat, quin ob aliā causā denuo superuenientem item intentet, & nouam sententiam exigat. Ad quartum omnino negandum est sententiam diuortiis impedit, quin adulterium postmodum commixtum injuriosum sit coniugi dimisso. Etenim sententia diuortiis solum eximit innocentem à debiti redditione, & murua habitatione, non tamen à debito, quo omnis cōjugatus astringetur ne alii copuleantur, alias sententia fuerit criminis, ac proinde adulterium post sententiam commixtum injuriosum est coniugi dimisso. Poterit ergo illa iniuria iniuriam à se factam compensare. Ad quintum admitto sententiam latam diuortiis in odium rei, & fauorem innocentem transire in rem iudicatam. Sed hoc intelligendum est rebus in eodem statu permanentibus, sicut si innocens factus sit nocens. Quæ conditio tacite in sententia diuortiis imbibitur. Quippe iure naturali contractus matrimonii postulat ne innocentia nocente diueriat, nisi dum fuerit innocens, quam naturam sententia mutare non intendit.

13 Quod si post sententiam latam quæ transit in rem iudicatam innocens facios Ordines suscipit, vel Religionem professus est, & facta professione, vel sacris Ordinibus suscepit adulterium commitit, nullatenus vxori reddendum est, quia ius quod Religio, & Ordo validè, & legitimè suscepit acquisierunt, non potest proprio delicto infirmari, vt repleta notauit Coninch. dis. 3. dub. 2. num. 16. Bafli. Ponce. lib. 9. cap. 20. numero 7. Secūs est, si facios Ordines, vel Religionem suscepissem, antequam sententia transit in rem iudicatam, vt superius diximus: quia ea casu illegitimè Ordo, & religio suscipitur, id est coniugi non plane dimisso prædicatur nequit.

14 Ex his deciditur questio, an factio diuortio in fauorem viri, qui postmodum adulterium commisit, teneatur dorem vxori reddere? Et quidem in nostra sententia cum matrimonium redditus regni nemini esse potest dubium dorem reddendum esse, sicutque tanquam certum tradit Gregor. Lopez leg. 8. verbo eis misimo. tit. 2. part. 4. Barbol. leg. viro, arque vxore 40. num. 3. Soluto matrimonio. Mexia verbo. taxa panis cor. 6. numero 6. Bafli. Ponce. lib. 9. cap. 20. in fine. At tunc sententia Sanch. quia coniugi dimisso repetitionem deueget coniugis dimisit in adulterium lapsi, solumque iudicii cedat potestatem compellendi prædictos coniuges ad reconciliationem ob periculum incontinentiae, dubium est, an ipse iudex possit cogere virum, vt dorem vxori reddat? In quo dubio Sanch. negariam partem tuerit, co quod instauratio matrimonij officio Iudicis ob periculum incontinentiae vitandum, quod optimè fieri potest, quin dos vxori reddatur. Verum esto ad vitandum incontinentiae periculum non sit necessarium dorem vxori reddere, at in prænam

delicti nouiter committi, & ad coniugalem amorem fons dum postio quod matrimonium instauratur, expeditius est dorem vxori reddi. Si ergo ob vitandum incontinentiae periculum potest iudex ex officio compellere prædictos coniuges ad mutuam cohabitationem, cur non poterit obligare ad dorem coniugi reddendam, vt ea murua habitatio cum debito amore fiat.

Addit insuper Thom. Sanch. d. dis. 9. num. 37. Si ante latam sententiam conueniat vir cum uxore adulteria delectuata dote ob desinentiam ab accusatione criminali, si ipse postmodum in adulterium incidat, obligatum esse restituere dorem, quia ea delicta compensantur, prædictumque pactum tacitum imbibit conditionem, nisi delictorum compensatione fiat, non placet; nam esto ea delicta, quod accusationem ciuilem diuortiū compensent, quod accusationem autem criminalē nullatenus admittunt compensationem, vt illis sententia tradit Canterbury in suis quæst. criminalib. q. tangentibus punitionem delicti. cap. 4. num. 46. Zenedo collectaneis, coll. 166. num. 4. Non enim criminaliter accusare potest mulier virum adulterum, bene tamen vir adulteri mulierem adulteriam, vt habeatur leg. 1. Cod. ad leg. Iul. de adulter. Et leg. regia. in 17. part. 7. Et leg. 3. in fine titul. 9. pars. 4. Et cap. apud missi cordem. §. publico iudicio. 32. quæst. 4. Neque accusata mulier de adulterio se tueri potest exceptione adulterii mariti, tamen publicum sit, vt alios referens docuit Courau. 2. p. decret. cap. 7. §. 6. num. 5. Et confitit his omnibus Sanch. lib. 10. art. 1. p. 1. art. 8. à num. 3. & sequent. Si igitur vir paup. cum uxore in dote, incuranda, eo quod ab accusatione criminali deficat; cum eandem accusationem criminalē commissum adulterio posset instituere, ac si adulterium non commisisset, nequaquam censendum est pactum disolvi, sed integrum, & si munus perseverare, dñeque vxori accusatione criminalē non facta.

S. VII.

An latâ sententiâ diuortiij teneatur coniux dimittens reconciliati innocentem, quandounque ipse velit, vel liberum sit illi Ordines suscipere, vel Religionem ingredi?

- 1 Per se obligatus est reconciliari, nec statum mutare potest.
- 2 Hac obligatione non mutandi statum permanet dum subsistit reconciliationis.
- 3 Aliquando & per accidentem excusat necens reconciliationem innocentem.
- 4 Ingredio in Religionem adultero, vel innocentem, non tenim alter Religionem ingredi.

Etsi plures Doctores, quorum meminit Sanch. lib. 10. art. 1. dis. 10. num. 2. & 10. existimat neque improbabiliter, non esse obligatum coniugem adulterum reconciliati innocentem acceptanti diuortiij sententiam, sed posse coniuge innocentem inconsulto, in uno de suo statu disponere Religionem ingrediendo, vel sacros Ordines suscipiendo, ut votum castitatis emittingendo, quia sententia diuortiij eti in favorem innocentis feratur, quatenus ei concedit opioneum diuertendi à coniuge nocente, aut ei se reconciliari, at inde recte cedit in fauorem nocentis. Nam eo ipso quo innocentis eligit diuortiuum, nocens excusat à debito coniugali, quo illi altrictus erat. Quippe ea electione remisit muram illius societatem. Longè tamen verius est per se obligatum esse coniugem adulterum innocentem reconciliari, neque posse castitatem integrè vovere, Ordinem facrum assūmunt, aut Religionem ingredi, dum spes subest reconciliationis, hinc docent ex Iurisperitus Gloss. in cap. ex littera verbo redire de diuortiis. Felin. in cap. lxxviii declarat. 8. n. 9. de sentent. & n. 14. Sylvest. verbo Diuortiis. q. 10. Gregor. Lopez leg. 2. art. de adulterio. tit. 1. part. 4. Barbola Rub. j. Soluto matrimonio. 1. part. num. 22. in fine. Et leg. 2. part. 1. in princ. num. 100. in fine. Ex Theologis D. Thom. in 4. distillat. 3. quæst. unica art. 6. ad 3. & iii. Bonavent. art. 1. quæst. 5. Durand. quæst. 2. art. 3. num. 6. Paludan. D. Antoniu. 3. part. tit. 1. cap. 21. §. 6. vers. effectus accusationis. Abulensi. c. 19. Matth. q. 75. Gr. f. 1. p. decisi. lib. 1. cap. 84. num. 14. Et 2. part. lib. 1. c. cap. 1. 2. num. 66. Sanch. alij plures referens. lib. 1. dis. 10. num. 3. & seqq. Bafli. Ponce. lib. 9. c. 9. num. 1. & seqq. Coninch. dis. 3. dub. 5. à num. 2. Layman. lib. 5. summ. tract. 10. 3. part. cap. 7. num. 14. Ratio ea est, quia sententia diuortiij non plus juris concedit innocentem, vel nocentem, quād quod iure ipso naturali eis competit ob adulterium commissum, est enim vt sapientum est illius iuris declaratoria. At adulterium non eximit nocentem ab obligatione reddendi debitum, & cohabitandi cum innocentem, ipse velit; alij ex suo delicto commodum reportaret adulterium, sed hanc exceptionem innocentem concedit, in recompensationem in iuris sibi factæ, & fidei violatae. Ergo quandounque inno-

Disputatio III.

innocens volet sibi nocentem reconciliari, & ab eo debitu coniugale, mutuamque habitationem exigere, tenetur nocens obediens.

² Hæc autem obligatio, quæ coniux nocens arctatur non murandi statum solum durat (vt dixi) dum reconciliationis subest spes, nam eâ deficiente liberum illi est statum religiosum, vel Ordinem facium assumere, vt potè qui non præsumitur ab innocentie repetendus, quod impedit poterat, vt optimè notaui Coninch. dicto disput. 35. dub. 5. concl. 4. numero 26. & supponunt Doctores omnes num. præced. relati. Unde vxor sententia lata à iudice seculari de eius adulterio, vel illo notorio existente detructur in monasterium penitentiam actura, si iuxta biennium illius reclusionis non illam repeat, vt poterit Religionem profiteri, ea enim repetitionis omissione censetur iure sic disponebit confessio integrului: habetur Authent. sed hoc e. Codic. Ad leg. Iul. de adulterio, cuius decisio iure canonico revocata non est, vt rectè adiutus Abbas, cap. gaudemus de diuorti. num. 7. Hostiensis idem numero 3. Ioann. Andri. num. 2. Anchar. num. 2. Basil. Ponce, lib. 9. cap. 19. num. 3. Sabch. lib. 10. disput. 10. num. 8. Secundò si adulteri emendatus sepius reconciliationem petat, & innocens deneget. Poterit statum mutare, quia prædicta denegatione tacite inquit nolle vñquam sibi nocentem reconciliare qua spe sublata iniuste, & irrationabiliter vellet ut nocens de statu suo semper suspensus existat, vt colligatur ex cap. gaudemus de diuorti. Et tradit Sanch. dicto num. 8. & 16. Basil. Ponce, num. 4. Coninch. disput. 35. dub. 5. num. 26. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. p. cap. 7. num. 12. Tertiò si innocens facis Ordinibus initiatus est, vel Religionem professus, liberum est nocenti statum eligere, quia repeti nequit ab innocentie, vppotè qui statum elegit sibi coniugali oppositum, huc doceat Ioann. de Friburgo summ. consejor. iii. 4. tit. 22. quæst. 14. Palacios in 4. disput. 35. quæst. vñica, dub. 2. Rofella verbo Diuorti. num. 11. Sylvest. ibi quæst. 10. Sanch. lib. 10. disput. 10. num. 6. Basil. Ponce, dicto cap. 19. num. 1. Et licet Palacios idem esse existimat, si votum simplex castitatis emerit innocens, quia eo impeditur a petito... debiti, & pententi iniquè nulla est obligatio reddendi in plurimam sententia. At verius est prædictum votum ab innocentie factum non excusat nocentem ab eius reconciliationi, eo quod per votum castitatis non esserit iuri iustitia, quod habet exigendum debitum ab al. o coniugi, neque in illius favorem abstineat promisit a debiti petitione, sed tantum in honore Dei. Atque ita tradit Sanch. dicto disput. 10. num. 6. Basil. Ponce, lib. 9. cap. 19. num. 2. tametsi non satis consequenter, nam cum ipsi lib. 10. cap. 3. censeat excusari coniugem a reddendo debito, quod alter iniquè peti ob circumstantiam aliquam, quam ipso tollere non potest, consequenter affirmare debebat nocentem obligatum non esse reddere debitum coniugi innocentem petenti voto castitatis afficto, cum tamen dicto cap. 19. num. 1. contrarium afferat. Præterea votum castitatis est impeditio ex ligatum debitum coniugale exigere, & alterum coniugem exculpet ab obligatione reddendi casu quo peratur, at nullatenus impedit extra thorum immutuam cohabitationem & obsequiorum communicationem. Ergo ad hanc obsequiorum communicationem, & mutuam cohabitationem, opimè poterit innocens voto castitatis astriclus coniugea nocentem repetere, & compellere.

³ Dixi teneri per se nocentem ad consortium innocentis redire, vt tacite indicarem per accidens excusari aliquando posse. Si enim vxor separata est à viro ob adulterium commissum, rati compelli potest ab eius consortium redire ob timorem, quem rationabiliter habere potest mortis sibi inferre, & aut iniquæ tractationis, insentienti que scutitæ, vt adiutus optimè Gutier. cap. 129. de mar. num. 14.

⁴ Ad extreum adiutio ingresso in religionem adultero illis in eventibus in quibus ingredi permititur non esse obligatum innocentem ad ingressum, neque ad votum castitatis emitendum. Quinimo neque ingrediente innocentem in religione, nem alstringitur nocens ad illius ingressum, vt bene adiutus Sotii in 4. 36. quæst. vñica a. art. 5. ad 3. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. p. cap. 7. num. 12. Sanch. lib. 10. disput. 10. concl. 4. num. 15. Coninch. disput. 35. dub. 5. instio concl. 1. Quia textus in cap. 5. cap. 6. cap. 7. cap. significavit de conversi. coniugari. exigentes mutuam coniugum ingressum intelligentur, cum matrimonijura integra, & illæ fuit, secùs vero quando ob diuorti. sunt diminuta.

§. VIII.

Qualiter ob hæresim liceat Catholico coniugi diuertere?

- 1 Ob alias causas à carnali fornicatione licet diuortium.
- 2 Ob hæresim pertinacem licet fieri potest.
- 3 Separatus propria autoritate Catholicus ab Heretico nequit Sacris iurari, vel Religionem ingredi.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

Punct. VI. §. VIII.

III

- 4 Alii censem hæreti cum iudicio Ecclesiæ damnatum, & ab hæresi respicente admittendum esse à Catholico coniuge.
- 5 Alij probabilitas eximunt Catholicum ab hac obligatione.
- 6 Hereticus sic damnatus nullatenus potest innito Catholico statum mutare.
- 7 Ex eo quod Catholicus heretico copuletur, si copula habeatur ante sententiam non obinde confessus est remittere ius diuertendi, secùs si post sententiam.
- 8 In hoc crimen hæresis non datur compensatio sicut in adulterio.

Licitum esse ob alias causas à carnali fornicatione conjuga veritas est definita in Concil. Trident. sess. 2. can. 8. ibi Si quis dicerit Ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem inter coniuges quoad thorum, seu quoad cohabitationem ad certum incertum tempus fieri posse decrevit, anachema sit consolante ex rotuli de diuorti. & de coniugione coniugorum. Neque huic veritati obstat, quod Christus Dominus Matth. 5. & 19. solum carnalem fornicationem assignauerit, vt possit coniux innocens ab altero tametsi contra eius voluntatem se parari, quia Christus Dominus loquutus est de causa perpetua separationis, & que per se contractui matrimonij obstat, & hæc sola est fornicatio carnalis, reliqua autem causa ex se perpetuam separationem non inferunt, sed solum dum causa ipsa persistunt. Neque matrimoniū sunt propriæ, cùque directè opposita, sed communis aliis societatis, & conformatioribus. Hoc supposito.

Inter causas, ob quas præter adulterium licitum est coniugi innocentem diuertere à nocente est hæresis non quæcumque, sed pertinax (qualis censenda est, quæ post vnam, & secundam correctionem perficitur, iuxta illud Pauli ad Tit. 3. Hæreticum hominem poët vnam, & secundam correctionem deuota sicutur colligitur ex cap. non solum. Et cap. idolatria, 28. quæst. 1. Et cap. de conversi. coniugari. Capit. quanto de diuorti. Ratio huius conclusio est, quia plenunque ex cohabitatione cum hæretico peritaci imminet periculum coniugi Catholico, eiùque proli: ob quam rationem, eti de facto in aliquo casu hoc periculum esset, non obinde impeditur Catholicus à diuortio celebrando, qui sat est quod hoc periculum vñ plusimum ait, ut rectè notaui Coninch. disput. 35. dub. 4. num. 24. Sanch. lib. 10. disput. 1. num. 9. Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. p. cap. 7. num. 16. Quando vero periculum perueris agnoscerit non solum potest Catholicus, sed etiam debet le ab hæretico separate, quia periculum peccati iuri natura quilibet vitare tenetur, sicut docuit Sanch. alius relatis dicta disut. 15. num. 5. Layman. dicta cap. 7. num. 16. Basil. Ponce lib. 9. cap. 2. num. 2. Credere tamen hoc esse intelligendum, quando coniux hæreticus Catholicum niteretur peruertere, grauissimumque esset periculum absentiandi iuxta texum in c. 2. de diuorti; alias non videtur obligatus Catholicus diuortio facere. Quippe nemo tenetur communia pericula peccandi cum graui sui detrimento fugere, vt constat ex his que latè diximus tract. 6. de chor. disput. vñl. de scandalo. At negari non potest Catholico graue esse le coniuge separate, eius cohabitatione, & obsequio catere, & cœlum esse. Addit ex tali separatione sapientem immunere coniugi incontinentiae periculum. Quomodo ergo obligandus est fugere periculum perueris non grauiter virgines, sù ex eius fuga incidat in periculum graue incontinentiae?

Separatus vero propriæ autoritate coniugio Catholico nequit factis initiari, nec validè Religionem ingredi, quia cedit in præiudicium coniugis hæretici, qui coniugius sic initiatum, vel profectum repeteri potest, neque ipse Catholicus se tueri potest hæretici, notoriis ab altero coniuge commissis, quia haec seclusa Ecclesiæ declaratione non praebet causam perpetui diuorti, sed temporalis, nempè dum ipsa perficitur, quare hæresi cessante cessat causa diuorti, & obligatur hæretico penitenti, reconciliari, in quo maximè difficit ab adulterio carnali: hoc enim vppotè matrimonio directè oppositum fæmel commissum perpetui diuorti causam præberi, secùs vero adulterium spirituale, quod est hæresis: requirit namque permanentiam, sicuti adiutus Sanch. lib. 1. c. disput. 15. num. 10. & seqq. Basil. Ponce, lib. 9. cap. 12. num. 2. Paul. Layman. libro 5. sum. tract. 10. p. cap. 7. numero 16. Coninch. disput. 35. dub. 4. num. 24.

Quare controversia inter Doctores est. An hæreticum iudicio Ecclesiæ declaratur, & ab hæresi respicente teneatur Catholicus ad sui consortium admittere? Et quidem plenunque consulitissimum videtur eam præstare reconciliationem, quia Christianam pietatem commendat. Tum quia non leviter iuvabat hæreticum penitentem ad perseverandum in fide, ad vitandum incontinentiae periculum, nimisque tristitia & desperationis. Quinimo Gofred. sum. tit. de conversi. infidelium. n. 4. credit hanc subfelle Catholico obligationem, quia esto in capite de illa de diuorti eximatur ab hac obligatione, at prædicta concessio videatur revocata per Texum in capite

K 2 quanto

quanto de diuortio, vbi vir Catholicus compellitur admittere coniugem ab heresi repudientem. Cui doctrina affectum Henr. lib. 11. de mar. c. 17. n. 6. ea moderatione adhibita, si intra biennium signa dederit perfectae emendationis. Glossa vero in cap. de illa de diuortio in fine. Et cap. quanto eodem tit. in fine. Etc. fin. verbo iudicio. Ioann. Andreas in dicto c. quanto. Et c. de illa. Abulensi in c. 19. Matth. q. 7. 6. in corp. vers. dicendum. Iulius Clarus, lib. 5. receptor. §. heresis. num. 15. Sotus in 4. disp. 39. q. unica art. 4. ad 3. Ludovic. Lopez 2. p. infrauct. c. 53. §. licet. Et c. 5. vers. norandum est. Palacios in 4. disp. 5. disp. vñ. post medium. Surdus de alimento. tit. 7. 9. 21. num. 7. Et alii plures relati à Sanch. disp. 1. 5. n. 18. affectum Catholicus subesse obligacionem recipiendi hereticum iudicium. Ecclesiae dannatum repudientem si vellet in scelulo manere, neque excusari posse ab hac obligatione nisi Religionis ingressu, eo quod in c. fin. de conuers. coniugat. (cui decisioni standum est) videatur concessa facultas non recipiendi hereticum præsentem sub prædicta condicione Religionis, inquit enim Textus. Mulier qua in fide remansit potest nolente viro, qui ab infidelitate reveruitur, propter quam ab eo fuerat iudicio Ecclesia separata ad religionem libere conuolare.

Sed rectius eximunt Catholicum à prædicta obligatione recipiendi hereticum dannatum Courau. in 4. decret. 2. p. c. 7. §. 5. n. 5. Castro lib. 2. de iusta heret. pauc. c. 7. Matien. lib. 5. recipil. tit. 1. Rob. gloss. num. 80. Barbofa Rub. 2. p. num. 20. ff. soluto matr. Graffis t. p. deci. lib. 2. c. 8. 4. n. 16. Et 2. p. lib. 1. c. 1. 2. n. 22. Et alii relatis Sanch. lib. 10. disp. 1. 5. n. 19. Coninc. disp. 3. 5. dub. 4. m. 24. Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 3. p. c. 7. num. 6. Basili. Ponce, lib. 9. c. 22. num. 3. Gaspar Hurtado. disp. 11. difficult. 5. n. 20. & alij. Mouentur hac efficaci ratione; Ecclesia in pena hæresi priuat hereticum iure quod in furore coniugem habebat, exigendi coniugale debitum, mutuamque cohabitationem, sicut priuat alii bonis, & iuribus quævis, & Catholicum coniugem eximit à prædicta obligatione, vt constat ex cap. de illa de diuortio, vbi inquit Textus: De illa, qua à viro suo labente in hæresim ipsius consortium sine iudicio Ecclesia declinavit, videut nobis quod mulier ei, cum reuersus fuerit, est reddenda, quia et si reuersit non sicut compellatur. Si vero iudicio Ecclesiæ ab eo recessit ad recipiendum eum nullatenus dicimus compellendam. Neque sententia deciditur in cap. quanto de diuortio, vbi mulier compellitur ad virum hæreticum præsentem redire, quia id factum est, eo quod proprio iudicio, & non Ecclesiæ iudicio ab illo consortium se separaverit. Et licet in c. fin. de conuers. coniugat. concedatur mulieri, quæ in fide remansit; vt nolente viro ab infidelitate reuerso, propter quam iudicio Ecclesiæ ab eo fuerat separata possit liberè ad religionem conuolare, nullo modo ad huiusmodi ingressum, arctatur, sed eo ingressu liberè concessio declaratur plena exemplo, quam dicta mulier Catholicæ habebat à mutua cum viro habitatione. Censetur autem Catholicus iudicio Ecclesiæ ab heretico separari, eo ipso que hæreticus vt talis iudicio Ecclesiæ declaratur, quantumvis priuatum, & in secreto ab Inquisitoribus hoc iudicium fiat, vt recte aduerterit Sanch. dicta disp. 1. 5. n. 20. quia est pœna, que delicti declarationem sequitur.

Quocirca coiuix Catholicus inuito hæretico damnato potest, & in scelulo manere, & ad Religionem transire, vel facios Ordines scilicet, sicut potest diuortio factio ob adulterium carnale, quia aquæ sententia hæresi lata eximunt à coniugali debito, ac exceptus est adulterio declarato. Atque ita docet Barbofa Rub. 2. p. n. 10 ff. soluto matrim. Sanch. d. disp. 1. 5. n. 21. Basili. Ponce, lib. 9. cap. 2. 2. n. 3.

6 Hæreticus vero sic damnatus, & ab hæresi reuersus nullatenus potest in iusto Catholicæ statum mutare, sed potius tenetur ad Catholicæ consortium redire, si ipse velit, quia illa fuit pœna ob hæresim imposta, quæ non debet in detrimentum innocentium cedere. Quare ello probabile sit sententia diuortio lata ob adulterium, quam innocens acceptat, nocentem obligatum non esse ad consortium innocentis redire; in praesenti autem nullo modo id probabile sensendum est, quia separatio ex adulterio integrè in fauorem innocentis, & ob iniuriam ipsi factam; separatio ex hæresi præcipue fit ob iniuriam fidei, & Religioni factam, & in eius satisfactionem, neque acceptance innocentis indiget, ac proinde non liberatur hæreticus à sententia coniugali prædicta condemnatione facta, sicut aduertit Sylvest. verbo diuortio. q. 10. Sotus in 4. disp. 3. 9. q. 2. m. art. 4. ad 3. Barbofa Rub. 2. p. n. 22 ff. soluto matrimonio. Sanch. aliis relatis dicta disp. 1. 5. n. 24. Basili. Ponce, lib. 9. cap. 2. 2. num. 4.

7 Ex autem quod Catholicus hæretico copuletur, si copula ante sententiam hæresi habetur, non obinde censendum est remittere ius diuertendi, quia nequit remittere ius diuertendi, quod ex hæresi perseverantia nascitur. Ex hæresi autem præterita, neque ab Ecclesia damnata nullum ius diuertendi habet, quod possit remittere. At si copula post sententiam habetur, quo calo haberius diuertendi, & sic subest eius condonatio Thom. Sanch. lib. 10. disp. 1. 5. n. 26. distinguit, si cum habetur copula animus adost condonandi manifestum

est remittere ius diuertendi per sententiam acquistum, ac proinde ea remissione facta iam licitum non esse diuertere. Si vero expelsus animus aderit non condonandi, nulla censetur debet remissio, siquidem hæc absque voluntate esse non posset. Quid si neuter animus expelsus aderit nec condonandus, ne non condonandi, est in diuortio ob adulterium carnale censenda sit facta remissio, secundus vero in diuortio ob adulterium spirituale. Quippe diuortium ob adulterium carnale idem sit, quia caro coniugis in alienam diuiditur, que diuiso noua copula coniugis redipicitur. At diuortio ob adulterium spirituale, scilicet hæresim non sit, quia caro coniugis in alienam diuidatur, sed quia Deus, & sicutque fidei, & Religionis irogat inuria, que non videatur ob copulâ celare. Sed displicet hoc ultimum dicta Sanch. idemque existimat hæresi copulâ potest sententiam remissionis iuris deuertendi necessarij praesumendam esse; nam esto in penam iniurie irogata Deus ab hæretico absolutor coniux Catholicus à debito coniugalice abfolitus in fauorem catholicæ sit, cui ipse cedere potest. Qui ergo copulam habet cum hæretico, iam ea copula protelatur le nolle ab hæretico diuertere, cedit igitur iuri diuertendi quod habet, vt docuit Basili. Ponce, lib. 9. cap. 2. num. 5.

Supradicendum, An in hoc crimine hæresi, sicuti in adulterio detur compensatio; Et omnis variis sententiis, quas recordat Sanch. lib. 10. disp. 1. 6. num. 1. & 2. dicendum est cum eodem Sanch. num. 3. & Basili. Ponce, lib. 9. cap. 2. 2. n. 6. nullam in hoc crimine esse compensationem, & primò est non potest compensatio adulterii cum hæresi ante sententiam, nam hæresi ante sententiam non est causa perpetui diuortii, sicuti est adulterium, sed ad tempus dum hæreticus inquam non corrumpit. Non igitur adulterii ob hæreticos cedere intendit, le tueri potest exceptione hæresis nondum damnata. Neque etiam est compensatio cum hæresi Ecclesiæ iudicio declarata. Nam est ob utramque causam adulterium scilicet, & hæresi diuortio esse possit, ob diuortio tam rationem contingit; quippe diuortio ex adulterio est ob violationem fidei coniugio debitur; at diuortio ex hæresi sit in penam ob violationem fidei, Deo, & sicutque Religioni debitur, ideoque unum delictum cum alio compeniat non potest, ac pionde quilibet ius habet ab altero secundandi adulteri ab hæretico, & hæreticus ab adulterio. Quintū neque unius hæresi cum alterius hæresi venit compensanda, nam cum pena diuortii ob hæresim non imponant ob iniuriam coniugio factam, sed Deo, neque unius hæresi pena cum alterius hæresi pœna compensari. Non enim unius hæresi alterius hæresi grauitatem diminuit, sicut contingit in adulterio carnali; in quo unius iniuria alterius iniuria compensatur, ut potest que eidem coniugio aduentatur.

§. IX.

Qualiter ob alias causas, maximè ob sauitiam licet facere diuortium?

- 1 Quoties absque graui periculo animi vel corporis nequeunt coniuges simul habitare, est sufficiens causa diuortii.
- 2 A coniuge incitante ad peccatum potest iniuriant se separare.
- 3 Licitum est uxori se separare à viro qui lenocinium exercet, &c.
- 4 Cessante inductione ad peccatum, cessat diuortium.
- 5 Quoties coniugi graue damnum corporis imminet, quod alia via auertiri non potest, datur occasio diuortii.
- 6 Si coniux alterius vita insidias patet, vel alind graue damnum molitur, licet diuortium. Debet tamen iudicis autoritas intervenire.
- 7 Ob malum graue factum, nisi timeatur futurum, non datur diuortium.
- 8 Retento concubina domi, vel extra præstat plerisque uxori causam diuertendi.
- 9 Coniux recedens per predictum timorem causam coram Ecclesiæ tractare debet.
- 10 Probationes sauitia concludentes esse debent.
- 11 Si probationes integre non sint, datur locus cautionis de non offendendo. Et que cautio praestanda sit.
- 12 Si ad tempus sententia diuortii fuerit lata, neuer potest factum mutare, scilicet si in perpetuum.
- 13 Si coniux minor sit, in cuius odijum sententia diuortii lata est, beneficio restitutio gaudet.

P. Lures causæ diuortii præter supradictas assignantur à Doctoribus, que sub hac regula perstringuntur. Quoties absque graui periculo animi, vel corporis nequeunt coniuges simul habitare, datur sufficiens causa diuortii, vt ex communi sententia tradit Sanch. lib. 10. disp. 17. 8. & 19. Basili. Ponce, lib. 9. cap. 2. 3. Coninc. disp. 3. 5. dub. 4. Paul. Layman. lib. 10. 5. sum. tract. 10. 3. p. cap. 7. num. 16. Nemo enim censendum est alterius

velle

velle obligari cum graui sui iactura, etenim prius sibi quam alteri confulere debet.

Ex qua doctrina quæ verissima est infertur posse coniugem innocentem, quem alter ad peccandum incitat, nec monitus desilit ab eo se separare, vt probat Text. in cap. 2. de Divortio. & cap. idolatria 2.8. q.1. Et quamus in his Textibus sermo sit de inductione ad infidelitatem, cum eadem sit ratio de quolibet peccato, ob vitandum illius periculum, poterit coniugus ab altero coniuge diuortium facere. Quod eleganter tradit Hieronymus, in illa verba Marth. 18. Si oculus tuus scandali at te, erue eum, & projice ab te, inquit enim Hieronymus sententiam Christi esse, vt si hi qui nobis coniuncti sunt, & inservi oculorum, vt parentes filios, vxor causa sinit ruinam ab illis recedamus. Atque ita tradit Nauar. cap. 22. num. 21. Bellam. lib. 1. de matr. cap. 1.4. innumeris relatis Sanch. lib. 10. disp. 17. d. n. 5. & leg. Basil. Ponce lib. 9. c. 23. n. 1. & 1. Coninch. lib. 3. dub. 4.

Quapropter licitum est vxori se separare à viro qui lenocinum exercet vel in domum introducit procaces viros, qui ipsam sollicitent, & vel incitat vxoret in alia farta tegenda, & simulanda, vel vult ut pellicem foueat, & alia similia, præstant enim diuortio sufficiens caufam, vt ex communis tradunt Doctores prædicti. Ad idem est si coniux sit veneficus, quia ob societatem dæmonis graue malum tum animas, tum corporis timeri potest, vt aduerterit Coninch. d. disp. 35. dub. 4. num. 2. Sanch. lib. 10. disp. 18. num. 2. Laym. dicto cap. 7. n. 6. Gaspar Hurtado disp. 11. difficult. 5. num. 19. Neque ad hanc separationem indigeret coniux innocens Iudicis sententia, quia iure ipso naturali conceditur, ut potest quæ non est perpetua, sed ad tempus dum aduersum periculum, vt bene docuit Sanch. lib. 10. disp. 17. n. 10.

Cessante autem inductione ad peccatum, illiusque periculus, cessat diuortium, quia solum ob virandum prædictum periculum conceditur, vt aduerterit prædicti Doctores. Quare esto coniux plurius vitiis irretitus sit, si ramen cestat ad peccatum inducere, nullà ratione licitum est diuortium, vt colligetur ex cap. 2. de Diuortijs argumento à contrario. Et tradit in Glosa ab omnibus recepta. Et D. Thom. in 4. disp. 39. qu. 2. m. art. 6. in corp. Sanch. lib. 10. disp. 17. n. 3. Basil. Ponce c. 23. num. 3. tametsi Sors in 4. d. 39. q. vñ. art. 4. ad 4. Ludouic. Lopez. p. instruc. c. 53. ad finem Sanch. dicta disp. 17. n. 4. Laym. cap. 17. n. 16. concedant titulo correctionis posse coniugem etiam uxorem à viro vitiis irretitus diuertire ad tempus, si ex eo recessu speratus fructus. Sed vt benè aduerterit Basil. Ponce, lib. 9. c. 23. n. 3. maturo iudicio, & magna prudencia opus est, plenarie enim maiora mala inde nascuntur, nec leuis occidit furor iræ, & indignationis.

Scundò infertur, quoties coniugi graue damnum corporis imminet ex mutua cohabitatione, quod alii viâ auerti non possint nisi diuortio facto, fieri recte potest ob supradictam rationem, qui debito alterius nemo satisfacere tenetur cum tanto sui detrimento. Hac igitur ratione licet coniugi sanos se separare a leproso peste, vel alio morbo contagioso infecto, vt diximus supra, & tradit Nauar. cap. 22. numero 2. Saa, verbo Diuortiij num. 8. Henric. lib. 11. de matrim. cap. 4. in fine. Coninch. disputat. 35. dub. 4. num. 22. Layman. lib. 5. tradit. 10. 3. p. cap. 7. num. 6. Atidem est si ob furorem, vel ebrietatem coniugis prudenter timeas graue malum tibi inferendum, quod sola fuga vitare potest, vt tradunt Couaruu. 4. decret. 2. p. cap. 7. §. 5. n. 3. Ludouic. Lopez. 2. p. instruc. cap. 5. p. ap. lo. princ. cap. 3. Sanch. lib. 10. disp. 18. n. 18. Secùs vero est (vt aduerterit prædicti Doctores) prædictum periculum non imminet, iuxta Textum in cap. si vxorem 32. q. 5. & leg. si cum doem. 1. 3. si maritus ff. soluto matrimonio ibi. Nihil enim iam humanae est quam fortius casibus mulieris maritum, vel uxori viri participem esse. Simile est, si vir latrociniu exercet, tuncque mulier prudenter, vt illius criminis sociam puniriendam esse, vel saltē reputandam, si alia via præter fugam non sufficiat subveniendi huic periculo, poterit coniugium viri fugere. Non enim eius societati astuta est cum graui vita & honoris detrimento, vt recte tradit D. Antoniu. 3. p. n. 1. cap. 2. p. 10. cap. 1. Paludan. in 4. d. 2. quæst. 1. art. 2. num. 7. Et disp. 39. q. vñca. art. 3. num. 1. Nauart. cap. 2. n. 2. Barbara Rub. soluto matrimon. 2. p. n. 29. Saa, verbo Diuortiij num. 5. Sanch. disp. 18. num. 21.

Huc pertinet, si coniux alterius vita insidias paret, vel aliud malum graue molatur, quod facile vitari non potest, nisi diuortio facto, poterit coniugus innocens recedere, vt expellere decidatur in cap. litteras de restit. spoliator. Et cap. ex transmis. la. eodem iust. Et cap. 1. Vt lice non contestata. Debet tamen hic recessus non autoritate propriæ, sed Iudicis fieri, nisi in mora periculum adiut, vt bene aduerterit Sanch. dicta disp. 18. num. 3. Basil. Ponce, lib. 9. cap. 23. num. 7. iuxta Textum in cap. p. 1. Cap. significati de diuortio. Neque in hoc casu est marito restituenda vxor ob damnum irreparabile, quod ex prædicta restitutio sequeretur, vt notat Abbas in cap. litteras de restit. spoliator. Glosa in capitulo de beneficio 32. quæst. 1. Gutierrez. lib. 1. canon. q. cap. 2. 4. num. 5. Sanch. lib. 10. disputa 8. num. 2. Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

Basil. Ponce, cap. 2. n. 7. & alij. Sed receptis probationibus per informationem summariam incontinenti, si Iudici videantur sufficientes ad timorem, deponitur vxor apud probam, & honestam feminam inposito viro precepto sub excommunicatione, ne illi malum inferat, iuxta Textum in cap. ex transmissa de restit. spoliator. Regulariter autem deponi solet in Monasterio, quia est locus aptior ad violentiam impediendam, vt benè Abbas ibi. 4. Butrius n. 9. Posset tamen in domo patris, vel matris, vel sororis sequestrari, quinim existimat Riccius præcis. 2. 42. Basil. Ponce, cap. 2. 3. num. 11. prædictam domum Monasterio esse præferendam.

Et licet prædicti Textus cap. litteras cap. ex transmissa tantum loquuntur de vxore timente viri saevitiam, non inde infertur in viro prudenter timente vxoris saevitiam locum non habere prædictam dispositionem, habet rique: cum eadem ratio propriæ defensionis militet, vt pluribus firmat Gutierrez. d. 2. 4. n. 8. Sanch. dicta disp. 18. n. 8. Basil. Ponce, n. 8. Textus vero de vxore specialiter loquuntur, quia frequentius in illas viri saeviunt, quam è contra.

Noranter dixi, si aliquid malum graue molatur. Non enim damnum factum diuertendi causam præbet, nisi inde sumatur præsumptio sufficiens iterum infendum esse, vt aduerterit Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 3. p. cap. 7. num. 17. & Gutierrez. lib. 1. canon. q. cap. 2. num. 9. Barbosa Rub. ff. soluto matrimon. 2. p. n. 32. Sanch. lib. 10. disp. 18. Regulariter ex percussione immoderata, & fanguinolenta concipiatur timor probabilis simum, nisi cautus sufficiens adhibeatur, vt conflat ex his qui tradit Farinac. lib. 2. consil. conf. 1. 5. 7.

Neque mihi displiceret quod tradit Bald. cap. 1. n. 3. Ut lice non contestata Decimus conf. 5. 3. n. 4. volum. 4. Matien. lib. 5. re-capit. tit. 9. Leg. 2. gloss. num. 52. Sanch. alii relatis disp. 18. n. 2. retentionem concubinæ domi vel extra præstatæ vxori pleineque sufficiens caufam diuertendi non solum titulo adulterij, sed saevitiae, eo quod causa regulariter sit molesta cohabitationis, & perpetua discordia inter coniuges, quæ graue malum censenda sunt, vt docuit Henric. lib. 11. cap. 17. num. 7. Sanch. lib. 10. disp. 18. num. 11.

Recedens ergo coniux ob prædictum timorem iustum causa coram Iudice Ecclesiastico tractanda est, quia agitur de dissolutione obligationis Sacramenti matrimonii, de qua ut potest spirituallus folius Ecclesiasticus iudex est. Cap. 2. de Iudicio: vt ex communis docet Couaruu. 4. decret. 2. p. capit. 7. §. 6. numero 14. Interim autem vxori litiganti alimenta, & expensæ ad item subministranda a viro sunt, ne his destituta à causa cadat, vt tradit Rota deci. 2. 5. apud Farinac. volum. 2. consil. & Riccius in præcis. 2. 3. 5. num. 6. Gutierrez. lib. 1. canon. q. cap. 2. 4. num. 7. Basil. Ponce, cap. 2. 3. n. 7. Sanch. disp. 18. num. 40.

Probationes autem saevitiae vt diuortium sequatur concludentes esse debent, quia sub dubio nemo iure certo est spoliandus, & tradit Parisius conf. 5. 4. num. 16. volum. 4. Barbosa Rub. ff. soluto matrimon. 2. p. num. 27. Rota apud Farinac. volum. 1. deci. 37. 1. Testes vero singulares in hac materia probant, modo omnes retentur in genere saevitiam, vt docuit Rota suprà deci. 15. 6. Basil. Ponce, lib. 9. cap. 2. 3. num. 6. vbi ex prædicta decisione Rota & Canisio, cap. 2. de diuortio. & Riccio præcis. 2. 3. asserta probatæ facilius non esse vxorem marito tradendam, quantumvis cautionem de non offendendo offerat, quia non decet vxorem iuste trepidantem fragilitati cautionis committere: etenim cautio non mutat malevolum animum. §. fin. inst. de suspectis tuorib. faciente cap. accedens et 2. iuncta Glosa verbo inimicis, vt lice non contestata, & pluribus exornata. Sanch. disp. 18. num. 33.

Si vero probaciones integræ non sint, tunc est locus cautionis de non offendendo, cautioni inquam pignoratitiae, vel fideiūfioria, iuxta leg. si mandato Titij. 39. §. fin. ff. mandati. Quoties enim cautio ob suspicionem personæ exigitur, semper debet esse cum pignore, vel fideiūflore, leg. si fideiūflore 7. §. fin. ff. qui satisfare cogantur, vt pluribus relatis Sanch. dicta disp. 18. num. 36. Quod adeò verum existimat Basil. Ponce, lib. 9. cap. 2. 3. numero 6. & Riccius præcis. deci. 2. 4. num. 2. vt nequeat iudex contentus esse cautione iuratoriæ viri, tametsi impotens sit pignoratitiam, vel fideiūfioriam cautionem præstare. Sed reclusi contrarium censet Sanch. dicta disp. 18. num. 42. eo quod ad impossibilis nemo obligandus sit. Præterquam quod in cap. litteras de restit. spoliator. vbi caueat dandam esse vxori cautionem pignoratitiam, vel fideiūfioriam subditur, si fieri potest. Ergo quando id fieri non potest contentus esse debet iudex iuratoriæ cautione. Addit regulam generali est non habentem pignora, aut fideiūfiores, quia pauper, aut aduena est satisfacere si cautionem iuratoriæ præstet. Authent. generaliter Cod. de Episcop. & Cleric. Et tradunt plures referentes Roland. conf. 4. 3. n. 21. Barbosa leg. diuortio 8. §. interdum. n. 2. 6. ff. soluto matrimon. Sanch. lib. 10. disp. 18. num. 38. à qua regula communis præfens causus non inuenitur exceptus. Quinim existimat si vir aliâ bona vita, & fama existat, satisfacere si cautionem iuratoriæ præstet, tametsi pignoratitiam, vel fideiūfioriam præstare posset,

K. 3 quia

quia presumendum est maiorem timorem habitum vio-
landi iuramentum, quām quālibet aliam cautionem, ut tradit
in præsenti Glossa & Innocent. in cap. ex transmissa de restitu-
tut. foliorum. Cœurrui. 2.p. decret. cap. 7. §. 5. à numero 1. &
seqq. Sanch. lib. 10. disp. 18. n. 43. Layman. lib. 5. sum. tract. 10.
3.p. cap. 7. num. 7. Quapropter verissimum est, quod multis
comprobat Sanch. d. disp. 18. num. 2. & 41. arbitrio Iu-
dicis plurimum defert, quā cautio præstanda sit; nam in
cap. literis. & c. transmissa solum exigit cautio sufficiens, quē
est regulariter semper debeat esse pignoratitia, vel fideiūlo-
ria, aliquando tamen iuratoria esse potest, ut ex dictis con-
stat.

12 Pronunciata sententia diuotij ob virti lauitam si ad tem-
pus restringatur, scilicet quoque experietur, an vir signa
emendationis dederit, vel cautionem obtulerit, aperum est
neutrū coniugem posse statim mutare, quia obstante mar-
rimonij. At si sententia absoluta sit, eo quod desperetur vir
corrigendus esse a lauita quantumvis cautionem dederit,
poterit innocens ad Religione, vel Ordines transire eomo-
do ac si diuotium ob adulterium celebratum esset, quia ob-
stante posset debitus coniugale. At hoc obstante nequit, si quidem non speratur futurum: viro autem in cuius odium di-
uotium celebratur, nequit sicut adulterio inuito innocentia Religionem ingredi, exceptis illis casibus, in quibus diximus adulterum ingredi posse: sic docet Sanch. lib. 10. disp. 18. num.
48. usque in finem. Basil. Ponce, cap. 23. num. 9. Quod si post
diuotium ob lauitam celebratum coniugis innocens ad sui
consortium lauum virum admittat, eo ipso confutetur iniuriam
factam remittere, & securitatem habere in eius cohabitacione,
ac proinde nisi noua se offerant, diuotere et præteritis nequit
ut notauit Farinac. lib. 2. conf. 156. in fine. Basil. Ponce, lib. 9.
cap. 23. num. 9.

13 Ad extremum aduerte, si coniugis minor sit, in cuius odium
sententia diuotij lata est ob elapsum tempus probationis
beneficio restitutio vii potest. Nam esto ad contra-
hendum matrimonium maior censeatur, non tamen ad mar-
rimonij dissolutionem. Neque ex illa concessione, quē
est exceptione a regula generali censendi sunt omnes casus mar-
rimonio pertinentes, maximē cum inde non commodum,
sed damnum minori accresceret, yti ex Scortia notauit Basil.
Ponce, cap. 23. in fine.

§. X.

Facto diuotio, an dos vxori restituenda sit; & an
apud ipsam eiusque expensis filii sint
educandi?

2. **Vxori restituenda est dos, & medietas lucrorum, si culpa vi-
uorum factum sit.**
2. **Si ob adulterium vxoris nec dos, nec lucrum restituirur. Si ob
lauitam aliqui censem restituendam esse. Verius est oppo-
situm.**
3. **Filiis educandi sunt apud eum coniugem, quem iudex arbitra-
bitur sp̄cato antiquo iure.**
4. **Si ob mariis culpa diuotium factum, censem plures apud pa-
tronem filios alendos esse post triennium.**
5. **Verius est sententia quā affirma expensis matris alendos esse
etiam infra triennium.**
6. **Si diuotium neutrī culpa factum, viriisque expensis alendi
sunt.**

VXORI restituendam esse dotem, si diuotium non culpa
vxoris, sed viri factum sit, colligitur manifeste ex cap. 1.
de donat. inter vir. & vxor. vbi Abbas Bald. in cap. 1. ut lie non
contingat, & deinde restituenda est medietas lucrorum usque
ad diuotij tempus, ut habetur cap. significavit. iuncta Glossa.
de donationib. inter vir. & vxor. Et tradit Cœurrui. 4. decret.
2. part. cap. 7. §. 1. m. 6. Anton. Gomez leg. 53. Tauri num. 72. Ma-
tien. lib. 5. recip. leg. 5. it. 9. gloss. 1. Gutier. lib. 1. canon. qq. cap.
24. num. 1. Quinimo Palacios Rabios, Ferdinand. Gomez,
Perez, in additionib. ad Seguram. Cœurrui. quos referit, & sequitur Gutier. d. cap. 24. num. 15. existimante eo casu omnium lu-
crorum medietatem, quā à viro post separationem acquiruntur vxori competere, ac si matrimonium esset illāsum. Ex ac-
quisitis vero post separationem ab uxore nihil vir noxius ha-
bet teste Baldo in leg. si vxor. num. 6. in fine. Cod. de conditionib.
insertis. Et leg. non sine. Cod. de bonis que liberis. Decio leg. 1. n.
10. C. unde vir. & vxor. Marienzo dicta leg. 2. gloss. 1. n. 53. Gu-
tier. dicto lib. 1. canon. qq. 24. n. 16. Quod si vxor dotem non attu-
lerit, vel illi placuerit potius ali à viro, quā sibi dotem con-
cedi, debent illi à viro alimenta subministrari, tamē si aliounde
habeat unde vivat, ut cōprobat Farin. q. 143. §. separatio. shori. n.
46. & seqq. & §. expulsi. n. 2. 37. Matth. de Affiliis dec. 10. n. 1.
& 3. Gutier. de matr. c. 129. n. 24. & seqq. eo quod iussum sit ni-
hil ei detrahi ex fructibus, quos illāto matrimonio perceptura
erat, ut potē quā nullam in separatione haber culpam.

Verū si diuotium fiat ob vxoris culpari, si ea culpa sit
adulterii, neque dos illi restituenda est, nec vila pars lucri ac-
qui sit matrimonio constante, vel acquirendi post diuotium.
Quinimō ipsa obligatur communicare viro quidquid acqui-
rit, ut rectè alii relatis docent lib. 5. recip. titul. 9. leg. 2. gloss. 1.
numero 54. & 55. Gutier. lib. 1. can. qq. cap. 24. numero 17. &
sequunt. Si vero ob lauitam factum diuotium sit, exili-
mat Basil. Ponce, lib. 9. cap. 23. num. 12. dotem illi esse resti-
tuendam. Nam esto in cap. plerunque, de donationib. inter vir.
& vxor. statuatur mulierem debere dotem amittere, si eius
culpa diuotium factum sit, id intelligi debet, si talis sit culpa,
cui amissio dotis annexa sit: hæc autem nulla est alia pre-
ter adulterium, ut constat ex dicto cap. plerunque, & viri mot-
tem, leg. si ab hostibus 1. §. si vir vxorem. si Soluto matrimonio,
ergo ob lauitam dos amittenda non est. Sed immēritō Basil.
à communī sententia, quam tradit Sanchez lib. 10. disp. 4. num.
20. & disp. 20. numero 7. recedit, dicto cap. plerunque absque vi-
la limitatione affirmetur, vxorem amittere dotem, si eius
culpa diuotium fiat; alia vir innocens dotis administratio-
ne, & fructu, quem habet non facto diuotio priuandus
est absque culpa. Et licet ob solum adulterium, & mor-
tem vii dicitur vxor dote priuatur, indirecte ramen ob quod-
libet delictum, quod separationem mutua habitationis indu-
citur.

Quod si filiorum educationem attinet, si ius quoniam Co-
dicius spectenus in arbitrio Iudicis constitutum erat, apud
quem lobos dissoluto matrimonio alenda esset. I. vni. Cod.
diuotio facta: regulariter primo triennio apud matrem, post
modum apud patrem iudex arbitrabatur, iuxta leg. ne
filium. Cod. de patria potestate. At iure nouissimo Au-
thenticorum decisum est, ut si pater causam diuotij praefi-
terit, apud matrem ad secundas nuptias non venientem
liberi communes nueriantur patris expensis. Si vero contra
apud patrem matris expensis, nisi pater minus idoneus sit,
tunc enim apud matrem locupletem filii educandi sunt: ha-
beret explesio Authent. si patre Cod. diuotio facta, apud quā
liberi morari, & educari debent, cuius consonat lex regia 4. tit.
19. part. 4. Quā in lege tres indicantur limitationes. Prima,
si vir diuotij causa dedit apud matrem innocens ve-
nientem ad secundas nuptias non sunt educandi filii, sed pa-
tris expensis, si locupletes fuerit educandi filii apud eum,
quem iudex arbitrabatur, ut notauit Sanchez dicto libo ro.
disp. 20. num. 4. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 3. part. cap. 7.
in fine. Quid si mater pauper sit, & minus idonea ad ale-
dan problemati nocenti locupleti proles relinquuntur educanda,
quia in his spectatur quod proli comodiūs sit, scilicet notauit
Sanch. & Layman. locis allegatis. Secunda limitatio est, si ma-
ter causam diuotij dedit, ipsaque locupletes est, & pater pa-
per, matri relinquantur filii alendi, quia pater vii inquit Au-
thent. minus idoneus est, & tradit Sanchez. & Layman. suprad.
Et deciditur explesio Authent. ut licet matr. & vita. §. illud
collat. 8. Tertia, si contingat coniugem, ob cuius culpa di-
uotium celebratur esse fideliem, alterum vero in eius favo-
rem sic diuotium infidelem esse, proles fideli alenda traditur
ob fidei favorem. Argum. cap. fin. de conuers. infidelium, quod
qui indicatur in dicta Authenticis verbis si minus idonea sit.
Et tradit Angel. verbo Filius n. 22. Syluest. ibi q. 21. n. 24. Ga-
tier. lib. 1. canon. qq. c. 24. n. 19. Sanch. d. disp. 20. num. 4. Layman.
d. cap. 7. in fine. His positus,

Controvēgia ista Doctores est, an quando ob matris cul-
pam diuotium sit, debent illius expensis filii apud pa-
tram procērari? Nam esto in d. Authent. si pater, dictum sibi
mater causam diuotij praefit, tunc apud patrem ma-
tris locupletis expensis filios alendos esse, illa verba ma-
tris locupletis expensis non habentur in originali, sed addi-
ta sunt ab Inscripto, vt notauit Glossa in dicta Authent. ut
licet, verbo alantur: ut proinde legem constitutere non pos-
sunt, sed tanquam casu omislus iuriū communis regulis
decidendum est. At iure communi marii solum infra primum
triennium competit filio alimenta præbere, postmodum ipsi
parti: leg. Nonnenius. Et leg. si quis a liberis, & si pater p. f. de
libere agnoscat. Ergo absque fundamento aſserunt marii
nocentis expensis filios alendos esse apud patrem. Atque ita
tenet Salicet. in leg. alimenta n. 4. ff. de negotiis gestis, & reputat
verius spectato iuri rigore Alexand. dicta leg. alimenta n. 6.
Boet. conf. 1. num. 11.

Sed nullatenus recessendum est ad communī sententia alle-
rente expensis matris delinquens filios apud patrem ale-
dos esse, ut habetur in dicta Authent. si pater. Et tradit ibi
Glossa in fine. & ibi Salicet. in fine, & Glossa in leg. alimenta,
verbo materna. & ibi Bart. num. 1. Paul. num. 1. Glossa in cap. fin.
verbo infidelit. de conuers. infidel. Et ibi Anton. num. 11.
Cardin. quæst. 6. Syluest. verbo Filius quæst. 11. num. 24. Gutier.
lib. 1. canon. qq. c. 24. num. 19. & de matr. q. 129. n. 25. Sanch. alios
referens, lib. 10. disp. 20. num. 7. Layman. lib. 5. sum. tract. 10.
3. part. cap. 7. in fine. Ratio ea est, nam in paucam delicta
ob cuius cauam matrimonium dissoluitur obligatur alimen-
ta præbere filii sue maiores triennio sint, sive minores.

Ego

Disputatio III.

Ego mater eandem culpm committens aquæ damnata censenda est, siquidem mater est correlatiuum patris, & dispositum in uno correlatiuo, in alio censendum est esse dispositum, quando eadem militat ratio, ut multis comprobatur. Euseb. loco à correlatiuo num. 7. Et 8. id est lex regia 3. tit. 19. part. 4. ut indicaret hanc obligationem alendi filios delinqentis expensis aliena esse ab obligatione, que iure communii parentibus inest, nullius mentionem patris delinqentis fecit, sed generaliter eam obligationem impoluit ei, qui diuotij causam dedit, sive filii maiores sint triennio, sive minores, ibi: [Y] si acacie se que se parva el casamento poralguna raon derecha, a quel por cuya culpa se pattro es tenido de dar de lo suo con que crean los hijos si fuere rico quier lean menores de tres años quier lea mayores; et el otro no fu en culpa los debe criar, et auer en guarda portal raon como sobredicha es.] Et cum lex penalista sit, nec pater renebitur filios minores triennio, nec mater nocens maiores alete, quoque sententia adueniat, ut bene notauit Sanch. dicta disp. 20. num. 8. vbi num. 9. aduertit non esse hanc decisionem extendendam ad diuortium iniuste, & contra iuris ordinem factum, quia lex regia 3. Et dicta Auctent, si pater expelsus de diuortio legitimè facto loquantur, & posse extendendæ non sunt ultra casum in lege comprehenduntur.

Verum si diuortio neutrui culpa faciat, ut quando sit mutuo consensu; vel culpa utriusque factum est, ut quando uterque de heresi damnum est; vel viuis committit adulterium, & alio heresim, recte confit Thom. Sanch. disp. 20. num. 10. ius commune Codicis latum in leg. Nec filium, Cod. de patria postea seruandum esse, vbi statuitur filios minores triennio apud matrem maiores vero apud patrem, ciuifque expensis alendos esse, nisi iudeo aliud fuerit arbitrio, iuxta legem. Cod. de diuortio facto, &c. quod nullæ alia legæ mutatum reperitur. At quando diuortium non solum quoad thorum, & habitationem, sed quoad vinculum sit, eo quod contractum matrimonium fuerit impedimento dirimente, filii eo tempore concepti utriusque conjugi expensis alendi sunt, iuxta Textum in cap. 2. qui filij suis legitimi. Quod videatur procedere sive sint minores, sive maiores triennio, eo quod eum non sit viuum conjugum amplius quam alium gravari, cum tuerique bona fide processerit. Lex vero Codicis statuens expensis matris minores triennio, & patris expensis maiores triennio alendos esse, expleslo loquitur de filiis concipitis ex matrimonio legitimo. Non ergo debet ad conceptios ex matrimonio nullo extendi. Atque ita tradit Surd. de alimento, cit. 14. num. 8. & cit. 7. quæst. 13. num. 18. Sanch. lib. 10. disp. 20. num. 11. Quod si aliquis conjugum malæ fide in contrahendo matrimonio fuerit, illius expensis filii alendi sunt, ut poterit qui fuit in culpa ut haberentur, sicuti recte notauit Sanch. supra.

S. XI.

Qualiter Religionis ingressu, vel Ordinis Sacri assumptione diuortium inter coniuges fieri possit?

- 1 Coniux matrimonio consummato, & sectus a causa diuortij nequit licet, nec valide Religionem profiteri.
- 2 Hic nulliter professus obligatus est castitatem seruare quantum commode posset.
- 3 Non est obligatus etiam ad Religionem in genere.
- 4 Potest sic professus propriâ autoritate Religionem deferre.
- 5 Satis obiectio.
- 6 Quæ dicta sunt de professione facta absque licentia conjugis procedunt, si licentia metu extorta sit.
- 7 Coniux ab alterius licentia nequit sacros Ordines suscipere matrimonio non consummato, valide tamen suscepit.
- 8 Ordinatus absque licentia conjugis non tenetur ad coniugem redire nisi ipsa petat.
- 9 Vno coniuge ex licentia alterius Religionem ingrediente, debet alter Religionem ingredi, nisi senex sit & nullum inconvenientem periculum adsit.
- 10 Igitur in hoc propositi arbitrio Episcopi relinquitur.
- 11 Non est necessaria alia licentia nisi a coniuge ad Religionis ingressum.
- 12 Coniux iubens, Religionem ingredi debet ut in ea profiteatur, tametsi contra lentiatis Palacios.
- 13 Votum perpetua castitatis, quod coniux in sacculo emitteat, non fit soleme professio alterius.
- 14 Si coniux licentiam concedens nec Religionem ingrediatur, nec votum emitteat non obviante alterius professio irritatur.
- 15 Si predictus coniux ex cuius licentia alter professionem emisit nolit profitari, vel votum castitatis emissere, & pericu-

Punct. VI. §. XI.

215

- lum inconvenientia patiatur, tenetur Episcopus professum coniugi revocare.
- 16 Quæ dicta sunt de Religionis professione, eadem obseruantur debent in Ordinis Sacri assumptione.
- 17 Specievo iuris rigore verius conseruare obligatum non esse coniugem concedentem licentiam Religionem profiteri.
- 18 Coniugatus ad Ordines promotus nequit cum coniuge habere.
- 19 Si aliquis de facto sacris initatus sit, quin uxor Religionem proficeretur, vel votum castitatis emitteat, peccatque sibi maritum reddi reddi debet.
- 20 Votum castitatis, quod uxor in hoc eventu emitteat inhabilem reddit coniugem ad matrimonium mortuo viro.
- 21 Quod verum est, si uxor consenserit expressè ordinationi, sine dissimilauerit.
- 22 Coniugatus ad Ordinem sacram ascendens absque expressa uxoris licentia irregularis est.
- 23 Si ex uxoris licentia ascendat, ipsa ramen castitatis votum non emitteat, et si aliqui excusent à predicta irregularitate, seu suspensione, verus est in eam incidere.

Coniuix matrimonio consummato, & seclusa alia causa diuortij nequit licet nec valide religionem profiteri ab illo alterius coniugis licentia, uti habetur expressè in cap. quidam. 3. & cap. placet. de coniur. conjugat. coniux namque matrimonio consummato non est sui iuris, sed alterius, cui se per matrimonium tradidit, nequit ergo ab illo eius conseruare Religionem, sicuti seruus in iusto domino non potest Religioni addici. Quod si de facto professionem emitta, repeti ab altero coniuge potest, ut potest qui ius integrum, & illæsum habet, cui professio nulla praedicare non potest.

Verum hic nulliter professus obligatus erit ad castitatem seruandam quantum cum matrimonio compati potest, uti caueatur in supradictis capitib. Quidam, & placet, quia præsumitur se voluisse obligare in quantum possit. Cum ergo se potuerit obligare ad non petendum debitum durante matrimonio, & illo disoluto ad integrum castitatem, conendum est ad eam castitatem mediâ illâ professione se obligare voluisse. At si expressam voluntatem habuisset non se obligandi ad castitatem, nisi dum in statu religioso persistet, vel ex suppositione quod Religiosus esset, cessabat eius obligatio, quia decisio Ponitris solum in præsumptione fundatur, ut ex communis sententia tradit Sanch. lib. 7. disp. 14. num. 3. Lessius lib. 2. cap. 41. num. 29. Basil. Ponce, lib. 9. cap. 11. num. 3. Guriell. cap. 95. de matrimonio. 20. Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 3. p. c. 7. num. 4.

Illud vero certum esse debet sic Religionem absque licentia conjugi profitement, non remanere obligatum etiam ad Religionem in genere mortuâ vxore, quia illa professio, & traditio nulla fuit, neque in illa imbibitur votum ingrediendi Religionem, sed est ipsemet ingressus qui cum nullus sit nullam partem obligationem, sicuti si coniugatus tentaret cum alia contrahere, ex predicto contractu neque sponsalia nascerentur, neque illa obligatio mortuâ coniuge contrahendi. In quo est latum discernere à voto castitatis, quod durante coniugio vim habere potest, quatenus obligat ad non petendum debitum, & absolvendum à copula cum aliena. Secundus est in professione, quia cum absoluta sit stante coniugio nullum effectum habere potest coniuge non consentiente, ut colligitur manifestè ex dicto cap. placet. & cap. quidam de coniur. conjugat. Et tradit Sanch. d. disp. 34. num. 10. Lessius num. 25. Basil. Ponce, num. 5. Guriell. cap. 95. à n. 23. Layman. d. cap. 7. num. 4.

Ex hac doctrina inferunt predicti Doctores Basilio excepto si professum coniuge non revocante posse propria autoritate Religionem deferere: utrū deciditur cap. 2. 32. quæst. 5. iuncta Gloffa ibi Et cap. una sola 33. quæst. 5. & cap. accedens de coniur. conjugat. Imò Sotus in 4. d. 27. quæst. art. 4. vers. casus autem Sanch. num. 1. 5. Layman. num. 4. & alii centent obligatum esse ad coniugem redire, dum non consentit eius ingressus, quia est manifesta iniuria rem alienam, qualis tunc est coniugatus contra voluntatem domini retinere. Neque his obstat, Conc. Trid. sess. 2. 5. c. 19. de regulari, damnans tanquam apostolatum eum qui quaque ex causa habitum dimisit, quia hoc intelligendum est cum sponte dimisit, secus si dimittat ex obligatione coniugij, ut ipsemet Basilius sibi contrarius explicat d. lib. 9. cap. 20. num. 2.

Neque his obstat quod in cap. placet de conversione coniugat, asservatur de muliere sic Religionem ingressa in eius potestate non esse ad sæculum redire, sed in potestate mariti, & id est quantum ad ipsum tenuit votum, quod post mortem viri tenere non deficit. Non inquam obstat, nam cum Textus dicit non esse in potestate mulieris ad sæculum redire, intelligi debet, quin Monasterio constet fusse irritam professionem: alias ius habet egredium impediendi. Vel dic non posse ad sæculum redire, hoc est ad vitam coniugalē ut antea ratione

ratione voti castitatis quo est astricta, quo impeditur a debiti petitione, & mortuo coniuge astringitur ad continentum.

6 Quae dicta sunt de professione facta absque licentia coniugis procedunt, si licet uta meu cadente in constantem virum extorta sit, quia metus reddit licentiam nullam, vt habetur cap. accedens 17. de conuers. conjugator. cap. novificatio. 3. 3. q. 5. & aduerit Sanch. disp. 3. 5. n. 1. Gutierrez. d. 9. 5. n. 24. Basili. Ponce. lib. 9. cap. 11. n. 15. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 3. p. 6. 7. n. 4. Et idem est si dolo interueniente licentia fuerit extorta, quia tollit voluntatum, & colligitur ex cap. veniens de conuers. coningat, vbi mulier ea licentia ingrediens reuocaretur, nisi in honesta vixisset, vt benè notarunt alii relatis Sanch. disp. 3. 5. n. 10. Gutierrez. d. 9. 5. n. 2. 5. Basili. Ponce. d. cap. 1. 1. n. 15. Layman. c. 7. n. 4.

7 Quoad Ordines attinet nequit coniux absque alterius licentia Ordines lacros suscipere etiam matrimonio non consummato, si tamen de falso suscipiat, validè suscepit. Est omnium sententia definita in cap. coniugatus de conuers. conjugator. & in extranag. Antiqua de voto. Neque obest quod ante consummationem matrimonij possit coniux ad Religionem transire alterius licentia minimè requisita, quia id permisum est eo quod professio matrimonij ratum dirimat, secùs Ordo sacer: & quia virque coniugi est communis potestas ad Religionem, secùs ad Ordinem. Quapropter si ordinatus poterit a coniuge reuocari, quia eius malitia non debet praedicatur coniugi. Excepto nisi ante consummationem velit Religionem ingredi. Quod si coniux tempore ordinationis non reclamauerit cum possit, esti aliqui censeant eo ipso licentiam concedere. Reclus Thom. Sanch. disp. 3. 5. n. 13. Gutierrez. c. 9. 5. de matr. n. 2. 6. negant solam dissimilatorem sufficientem esse, quia dissimilatorem non est licentia: & in re iura gravi, & iuri proprii praedicatur expressa licentia requiritur sicuti ad Religionis ingressum, vt colligitur ex cap. consilios. de conuers. conjugator.

8 Ordinatus vero absque licentia coniugis non tenetur ad coniungem redire, nisi ipsa petat, maximè si matrimonium consummatum non sit, sicut aduerit in suprad. extraus. Antiqua de Voto. Quinimò pluribus placet, vt videtur est in Sanch. lib. 7. disp. 3. 8. num. 1. 6. non posse ad coniugem non exigentem redire, tametsi facta professione post matrimonium consummatum posset: quia professio absque licentia coniugis nulla fuit, at Ordo suscepimus valorem habet. Sed verius apparet in vitro que casu idem est dicendum, quia licet Ordo suscepimus valorem habeat, non tamen pugnat cum matrimonio, nisi quatenus votum castitatis habet annexum, quod æquè habeat professio. Ergo si non obstante ovo professio redire potest ad coniugem, si poterit Sacris ordinatus: eo autem utrumque redacto petere nequam potest, benè tamen reddere ob coniugis ius, quod integrum est.

9 Hucusque dixi de professione Religionis, & Ordinis assumptione abtque licentia coniugis, ea vero posita validus, & licitus est ingressus, debetramen si qui licentiam concedit simul ingressu iuxta Textum in c. iam sit 4. de conuers. conjugat. nisi forte si ita senex, vt nulla de eius incontinentia suspicio subbitur, vt habetur ex orator. 8. Et ead. Apostolica 13. eodem. ibi Non est alter coniux recipiens ad observantiam regularem, nisi reliqua perpetuam continentiam reprobatur, sed & vitam debet mutare (siciter ingrediendo Religionem) nisi forte si eius erat, vt sine suspicione incontinentia valeat in seculo manere. Vbi notandum est non satis esse senilem æatem habere, sed & incontinentia suspicio care: neque è contraria sufficit de incontinentia suspectum non esse, sed oportet senecte esse utrumque enim requiritur, vt benè aduerit Sanch. lib. 7. disp. 3. 2. n. 9. & 10. Gutierrez. c. 9. 5. n. 8. & 9. Haec dispositio virique coniugi commans est teste Sanch. lib. 7. disp. 3. 2. in princ. Gutierrez. c. 9. 5. n. 1. Paulo Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 3. p. 6. 7. n. 2. Basilio Ponce. lib. 9. c. 12. n. 3. quidquid absque fundamento censem Gafpar Hurtado. disp. 11. difficult. 9. n. 2. 8. Nam esto in c. ex parte, sola vxor excipiatur à Religionis ingressu, at in ead. Apostolica vitroque coniux excipiatur si ita senex sit, & absque incontinentia suspicio in seculo remane- nere possit.

10 Eras autem in hoc proposito, vt excusetur vir aut feminina à Religionis ingressu arbitrio Episcopi relinquitur specieatis persona circumstantiis, valitudine, labore, & modo procedendi. Nam esto ad ouorum, & lactacionis eorum, & ad excusationem ieiunij sexagenimus annus censematur sufficiens, quia haec leges communitatim imponuntur, id estque peccant quod frequenter contingit, at in casu praesenti cum haec dispositio non communiatem spectet, sed singulatas personas, certa regula definiti nequit, vt benè notauit Basil. Ponce. d. lib. 9. c. 12. n. 3. in fine Sanch. dicta disp. 32. à n. 1. Gutierrez. c. 9. 5. num. 2. & 3. Plerunque in viris sexagenaria eras & in feminis quinquagenaria indicati debet sufficiens, ut potest quia spectato communis cursu insufficiens est generationi.

11 Praeter supradictam coniugis licentiam plures, quorum meminit Sanch. disp. 32. à num. 3. exigunt licentiam Episco-

pi, vt transitus in Religionem legitimè, & validè fiat, nec renunciari possit, argum. c. si vir. & vix. 27. q. 2. ibi: Si vir & vix diuertere pro sola religione inter se conseruent vita, nullatenus sine Episcopi conscientia fiat: & c. i. de conuers. conjugator. dicitur: Si coniux senex sit sat esse votum in sacro interueniente Episcopi autoritate. Sed reclusus Sanch. pluribus relatibus d. disp. 3. 2. à n. 4. Gutierrez. c. 9. 5. n. 4. Basili. Ponce. lib. 9. c. 12. n. 2. Paul. Layman. lib. 5. sum. 10. 3. p. 6. 7. n. 3. assertum prædictam licentiam ac valorem professionis necessariam non esse, quia non Textus in c. si vir. ne- vius aliis pro valore professionis requirit licentiam Episcopi. Maior difficultas est, An pro lito ingressu necessaria sit Sanch. Gutierrez. & Basili. negant, eo quod censeant nullum esse latum præceptum in dictis capitibus, & si forte lauum si iam confundit esse abolitum. Exterum verius censu & præceptum latum fuisse in dicto cap. si vir. & vix. illa enim dictio nullatenus necessitatem importat saltem præcepti. Nec in contrarium est confutato, quin porcius solium est licentiam Episcopi postulari in prædicto cenua, vt tradit Glossa in d. cap. x. de conuers. conjugator. & notatur Layman. iu- præ. Etenim cùm Episcopo competat examinare, & iudicare, an coniux dans licentiam teneatur Religionem ingredi, vel satisfaciat sua obligationi votum castitatis emittens, necessariò dicendum videatur licentiam Episcopi requiri maximè co- casu, quo coniux præbens licentiam ad Religionem non tran- sferat.

Et licet Palacio in 4. d. 27. disp. 2. ver. quocircum, censemta coniugem iuuenem suspectum de incontinentia non esse obligatum Religionem ingredi, vt in ea profiteatur, sed loùm vt in ea reclusus a seculari conuersatione semotus existat. Intra Textum in cap. vxoratus de conuers. conjug. ibi, Si autem fuerit talis quis in suspicione non careat, voto continente celebrabo a faci- larium hominum conuertione semouere. Communis, & vera sententia, quam tradit Abbas in d. cap. vxoratus, & c. accedens de coniux. conjugator. Syll. verbo Diuorum. 9. 13. n. 2. Sot. in 4. d. 27. q. 1. art. 4. ver. potest. Palacio sibi contrarius d. 3. disp. 2. ver. at virginem est Sanch. lib. 7. disp. 3. 2. n. 4. ad finem. Gutierrez. c. 9. 5. n. 6. Basili. Ponce. lib. 9. c. 12. n. 3. assertum necessari debet esse ingressum ad proficendum, vt satius colligatur ex Textibus de hac materia loquentibus: æquè enim de vitroque coniuge loquuntur. Nam Textus in cap. vxoratus post verba supra re- lata inquit, & in loco religio vbi Deo seruatis perpetuò commu- netur: reclusio namque perpetua solium ex professione Religionis proueniare poterat. Sed expellens id traditur in cap. eodem, ibi, nisi vxor ad Religionem transierit, & cap. c. cum sis. ibi nō vergue ad Religionem migraverit, & cap. Agathola 27. q. 2. ibi Postquam copulatione coniugij viri, atque mulierum unum corpus efficiunt non potest ex parte coniugis. & ex parte manere in seculo. Quancunque autem Religionem approbatam, que proprie Religio sit ingrediens coniux huic obligationi satisfacieat. Va- de vir satisfaciat assumptu habitu equitum sancti Ioannis: nam esto ex tra claustrum vivat, virtute professionis non est eidem periculis, ac secularis subiectus. Atque ita docet Basili. Ponce. d. c. 12. n. 3. testaturque se vidisse in praxi obseruari, & metu: cùm iura solium transitum ad Religionem expostrarent. Femina vero à fortiori satisfaciat ingrediens Religionem sancti Iacobi, quia vera est Religio, tametsi controvenerit sit, eius vota solemnia, an implicia fuerint.

Votum perpetua castitatis, quod coniux manens in seculo emitit professione alterius in Religione non fit solle- ne, neque matrimonium subsequens mortuo coniuge dirimit, quia nullus est T extus, unde ea solemnitas colligatur & manifesto fundamento in prædictum matrimonij facienda non est, vt benè at Glossa in c. ieiunis, verbo post mortem 31. diff. Sanch. alis relatis. lib. 7. disp. 3. 2. n. 3. Gutierrez. c. 9. 5. num. 7. Basili. Ponce. lib. 9. c. 12. n. 3. Quippe nullum votum formale agnoscitur nisi in Religionem approbat, vel in Ordinis sacri susceptione emissum sit, vt deciditur in cap. vn. de- to 6.

Quod si coniux de licentia alterius professionem emitat, & concedens licentiam Religionem non ingreditur cum iuuenis sit, vel de incontinentia suspectus, non obinde eius professio irritatur, sed summa persistit, vt colligatur aperte ex c. Agathola 27. q. 2. vbi ad valorem professionis confidat Textus vel licentiam coniugis, vel illius conuersationis. Et in c. ex parte el. 1. de conuers. conjugat. ibi. Quia vero licet pre- dictus D. vxore sua in seculo remanente de iure ad Religionem nequiverit proficiat. &c. Non enim dicitur professio nulla, sed facta contra iuris ordinem, cuius omisso non est de substantia non vitiat actum, sicuti multis allegatis comprobat Sanch. lib. 7. disp. 3. 2. n. 2. & seqq. Gutierrez. d. c. 9. 5. n. 11. & seqq. Basili. Ponce. lib. 9. c. 12. n. 4.

Quapropter si prædictus coniux, ex cuius licentia alterius professionem emitit induc non potest ad Religionem profi- tendam, vel votum emittendam, sicuti obligatus est eo ipso quo licentiam concessit, compelli tamen non potest. Quia votum castitatis, Religionisque assumptio ex propria, & non ex aliena voluntate esse debet, vt tradit Lessius lib. 2. c. 4. n. 2. 6. in 2. edit. Quinimò si periculum sit incontinentia, re- neutur

neatur Episcopu se professum coniugi reuocare, quo usque votum continentia emitas vel Religionis professionem facias, quia que tunc non cedit perfecte iuri suo, ut aperet colligatur ex. 1. de conuerso coniugar. ibi. Dicimus quod nisi vxor ad Religionem transierit, aut perpetuum coabitum promiserit, vir potest, & debet de Monasterio renocari, ipse tamen exire nequit. Arque ita tradit Sanch. lib.7. disp. 33. n. 5. Gutier. 6. 95. n. 17. Basili. Ponce, lib. 9. 12. n. 5. Mortuo autem coniuge praedictus professus ad Monasterium redire debet, quia eius professus valida fuit, & solum eius executio ob-coniugis continentiam suspensa, ut tradit Lefluis, Sanch. & Gutier. & Basili. suprad., in eo solum quod castitatis votum emitat, tametsi ut debet Religionem non profiteatur, teneat professus ad Monasterium redire, quia voto castitatis emissum simul cum licentia concessa abdicavit a se ius exigendi debatum. Quo facto professus reddetur non tenetur, nec potest obius professionis, quod eo casu virg., ut bene notauit Basili. Ponce dicto cap. 1. numero 5. Sanchez disputat. 33. q. vii. Et colligatur a contrario sensu ex cap. 1. de conuerso coniugator.

16 Si vero de assumptione Ordinis sacri sermo sit, communior sententia docet eadem obseruanda esse, quia in assumptione Religionis diximus; quia cadem & efficacior videatur esse ratio, cum grauior periculo incontinentiae exposta sit vox iuuenis in saeculo manens viro ad Ordines promoto, quam in Religione professos; colligaturque ex cap. Agathof. 27. q. 2. c. Episcop. 77. dist. ibi, religione promissa: Et c. cum sis. cap. ex parte de conuerso coniugat. Et in extranag. Antiqua de voto. Et in c. s. ser. verbo separatur. 28. dist. Conatru. 4. decret. 2. p. c. 6. 3. n. 3. Nauar. in manuali. c. 2. 2. n. 52. Gregor. Lopez leg. 3. in fine. 11. 6. p. 1. & leg. 2. verbo in orden. 10. p. 4. Anton. Cuchus. lib. 5. in istis. maiorat. tit. 12. n. 2. 2. 3. Sanch. aliis relatis lib. 7. disp. 19. n. 6. Gutier. c. 6. n. 1.

17 Ceterum spectato iuriis rigore probabilitatem conferunt coniugem concedentem licentiam obligatam non esse Religionem profiteri, tametsi iuuenis sit, & de incontinentia suspenda, sed fatus esse si votum castitatis emitat, eo quod nullus sit Textus, unde haec obligatio ad Religionis professionem colligatur: nam Textus in c. Agathofa non de ordinatis, sed Religionem ingrediente absque vxoris licentia loquitur. Cap. vero Episcop., in quo dicitur Religionem promissa sit ab uxore maritus ordinetur. Non enim Religionis promissa non professionem, sed castitatem votum, quod est ipsius Religionis confiteri. Glosa ibi esse ineligendum, quod satis indicatur, cum de vroque aequo dictum sit conuerteri quam conuerzionem castitatis voto vterque praeftabat, non enim iniiciatus Religionem profiteatur, sed castitate promittebat. Cap. vero c. 6. n. 1. Et ex parte non de ordinandis, sed de maritis religionem profidentibus loquuntur. Solus Textus in c. Agathof. & c. coniugatus de conuerso, coniugator. de ordinatis agunt: & ex cap. 5. tantum inferunt neminem coniugatum posse ad Episcopatum alium, nisi eius vxor Religionem prius profiteatur, nullo verbo de aliis ordinibus facto; in cap. coniugatus, ubi de aliis ordinibus sermo est sola continentia videatur requiri; inquit enim Textus. Nisi ab uxore continentiam proficiente fuerit absolutus. Ergo spectato iuriis rigore sola continentia ab uxore promissa potest vir ex eius licentia Sacris initiari, excepta assumptione ad Episcopatum, in qua professio uxoris requiritur. Atque ita docet Eman. Sanc. verbo Diuinit. n. 4. Basili. Ponce, lib. 7. 2. 5. n. 5. & aliis plures ralati a Sanch. lib. 7. disp. 39. n. 1. Verum spectato conseruandine nullus Sacris initiari permittitur, quia eius vxor prius Religionem profiteatur, aut si sexus sit, & de incontinentia non suspecta castitatis votum emitat, ut aduerit Basil. suprad.

18 Coniugatus ad Ordines promotus nequit cum coniuge habere, nisi sequeraturo cubiculo, ut haberetur cap. Episcop. 77. dist. Et tradit Glossa ibi Abbas in c. coniugatus. n. 5. de conuerso coniugat. Sanch. aliis relatis disp. 39. n. 8. Gutier. c. 9. 5. n. 3. vbi Sanch. & Gutier prudenter consulunt neque in eadem domo esse permitendo habitare ob vitandam iniquam suspicionis occasionem.

19 Si vero aliquis de facto Sacris ordinatus sit, quin uxor licentiam concedens Religionem profiteatur, vel votum castitatis emitat, petatque ob periculum incontinentiae sibi matrimonium reddi. Negat Sanch. disp. 39. n. 12. reddendum esse, sed ipsam esse compellendam, ut votum emitat, ad quod emitendum concedens licentiam ut maritus ordinatur se altrinxerit. Sed verius mihi est cogi non posse ad feruandam castitatem, si de facto votum non emferis, sicut idem Sanch. docet de uxore illius qui Religionem professus est, nullo castitatis voto ab ea emissio.

20 Votum autem castitatis, quod uxor in hoc eventu emitit, conferit Dominic. Sotus lib. 7. de iustit. & iure. q. 5. art. 2. in foliis. ad 2. in fine. Basili. Ponce. lib. 7. de matrime. cap. 25. numero 10. non irritare matrimonium subsequens, sicut dictum est de votu uxoris manens in saeculo, cum eius vir Religionem profiteatur. Mouentur, quia solidum votum in Religionem approbata, & in susceptione Ordinis habet hanc solemnitatem.

discrem di matrimonium subsequens, cap. vn. de Voto in 5. Carterum omnino tenendum est praedictum votum inhabilem reddere coniugem ad matrimonium mortuo viro: habet expressè c. si se. c. quia sunt. 28. dist. ibi: Si in coniugio diaconi mulierem de qua agitur fuisse constitutis, ij qui male sociatis sunt diliguntur. Et colligatur ex cap. si quia viriana, eadem dist. & c. seriatim in fine, 28. dist. & approbatu à lege regia 40. tit. 6. part. 1. ibi. [E]t otio si despues que hubieren fui marido, inuerto que no se puedan despues casar, y si se casaren no vale.] Et ibi Gregor. Lopez verbo quo tueri si la orden. Et tradit Glossa in d. c. seriatim verbo post mortem. Sanch. multos referens lib. 7. disp. 40. num. 2. & seqq. Gutier. c. 96. n. 5. Azor asservens esse omnium t. 1. lib. 1. j. 4. 14. 9. 11. Quippe Ordini sacro ad quem vir ex licentia coniugis afflumitur debitum erat, ne eius coniux aliquid matrimonium initret. Quod secundum probabilem sententiam verum esse testatur Sanch. dict. 2. disp. 40. n. 7. Gutier. cap. 95 num. 8. tametsi vox ignara huius iuris sit, eo quod ad hanc inhabilitatem inducendam sola clericalis Ordinis reverentia spectatur.

Quando autem voxor conscientia ordinationis nec consentit, nec dissentit (quod raro vel nunquam evenit) potest, cum nemino initianus sit, quin prius de mortibus, & vita informatio habeatur) existimat Sanch. d. disp. 40. n. 5. non reddit inhabilem ad contrahendum matrimonium mortuo coniuge: quia illa dissimulatio in re tam graui non est reputanda confessus, ideoque praediudicare ei non potest, sicut non praediudicatur voxori ordinatio viri, quia facta fuit ea ignorante. Sed contrairem verius existim cum Glossa in c. quia sunt. verbo fuisse 28. dist. & ibi Archidiac. Dominic. Gregor. Lopez in leg. regia 40. tit. 6. part. 1. per Textum ibi: [que no pueden casar despues que ellos son muertosquier contradigan o non, quando se quisieren ordenar.] Gutier. cap. 96. num. 7. & aliis pluribus relatis à Sanchez suprad. Quia ea dissimulatio toto vita tempore continuaria inferi confessum verum, & irreuocabilem; quod secus esset, si viuentem coniugem, ut potest ordinatum absque eius expresso confessu ad suum consortium reuocaret.

Ad extreum, coniugatus etiam matrimonio non consummatus ad Ordinem lacrum ascendens absque expressa vxoris licentia suspensionem, seu irregularitatem incurrit, ut definit in extranag. Antiqua de voto. Vnde neque in Ordine suscepito ministriare potest, neque ad Superiori promoueri, neque beneficium, aut officium Ecclesiasticum obtine-re. Ex susceptione tamen Ordinum minorum hae pena non contrahitur, quia praedicta constituta de ascensi ad Ordines sacros expressè loquitur.

Si vero ex licentia vxoris ad sacros Ordines ascendet, tametsi ipsa nec Religionem ingrediatur, vel castitatis votum emitat, vt obligata est a luperdita pena excusat ut secundum plurim Doctorum sententiam, quae mihi non probatur, eo quod potest sic ordinatus ab uxore castitatis voto non ligata repeti, ad quod vitandum praedicta constituta lata est. Praterquam quod in dicta extranag. alterius coniugatus, qui ad sacros Ordines ascenderit alter quam sacris canonibus nouerit, conuenire affici praedicta pena. At qui ad sacros Ordines ascendit, quin eius uxor Religionem profiteatur, vel votum castitatis emitat, si sexus sit, & incontinentia non suspecta ascendit alter quam facies canonibus praescribitur ergo, sic Glossa in d. extranag. verbo nouerit. Dominic. Sotus in 4. d. 27. q. 1. art. 4. paulo ante vers. Et per hoc. Ad hac penam excusat ordinatus ex qualibet ignorantia modo affectata non sit, vt aduerit Sanch. lib. 7. disp. 40. n. 3. quia dicta extravagans virtus verbo presumere. Deinde excusat, si matti monium ex aliquo capite nullum sit, quia vere non est coniugatus. Et a fortiori excusat, siordo suscep-tus nullus fuerit, eo quod Episcopus intentionem conferendi non habuerit, quod nunquam praesumti potest, vt notauit Sanch. suprad.

PUNCTUM VII.

De ratificatione matrimonij quod nullum fuit.

M atrimonium esse potest nullum, primò si aliquis ex contrahentibus, vel vterque fictè consensit. Secundò si consensit coactè. Tertiò si erat aliquo impedimento ad contrahendum ligatus. Quaridò si defecit praesentia Parochi, & testium. Ad revalidandum matrimonium certum est causam nullitatis de medio auferendam esse, ac proinde si nullum fuit matrimonium, quia adiut fitio, vel coactio, haec cessare debent. Si vero nullum fuit, quia ob impedimentum inhabiles erat, sublati impedimenti habiles esse debent. Tandem si ex defectu praesentia Parochi, & testium fuerit nullum, coram Parochio, & testibus renouandum est.

§. I.

Qualiter matrimonium nullum ex defectu veri consensus sit ratificandum?

- 1 Plures consentiunt fidem consentientem obligatum esse verè contrahere.
- 2 Oppositorum probabilitate non caret.
- 3 Si tui ficti consensus indicia praebeantur, non es obligatus contrahere. Non est tamen indicium dispar conditio contrahentium.
- 4 Ratione damni quod semper imminet tenetur fidem consentientem contrahere.
- 5 Ex vi contractus non videtur ab hac obligatione te esse immunitum.
- 6 Plures affirmant coniugem verè consentientem non teneri renouare consensum.
- 7 Probabilitas est obligatum esse.
- 8 Quae dicta sunt de ficto consensu, dicenda sunt de consensu extorto per metum.

Pluribus placet fidem consentientem obligatum esse ex vi contractus ad verum consensum praestandum, tum ex virtute fidelitatis, quā obligatur traditionem externam praeflare veram, & non fictam, si enim ex promissione de futuro nascitur obligatio verum efficiendi, quod promittitur, sic ex traditione, seu assertione praesenti nascitur obligatio reddendi de verum quod assertur, cum ergo assertat, ego te accipio in meam uxorem, tenetur eam verè, & ex animo accipere, tum ex virtute iustitiae, qua vnicuique suum ius redditum est, at coniugi verè consentienti debetur verus consensus, ut sic et qualitas seruerit in contractu, ergo quoniam ficte consentientis verè consentiat, praeditis obligationibus non satisfacit. Præterea omnes Doctores fatentur, si ex hac fictione aliquod damnum coniugi verè contrahenti proueniat, obligatum esse ad illius reparationem, vt potè quod iniuste datum est: at semper ex hac fictione damnum prouenit coniugi verè contrahenti, quod per se nulla alia via nisi matrimonium contrahendo reparari potest. Quippe cogetur coniux verè consentiens vel Religionem intrare, vel semper impunita manere, cum ab Ecclesia nunquam creditum sit ficte alterum consensum, tametsi ante contractum præficationem ficti consensu faceret prudenter namque contrario facto iudicaret à præficatione recessisse. Tenetur ergo verè contrahere, ut huic damno, quod à praedita fictione inseparabile est satisfaciat. Arcta ita docent Ioann. Malor. in 4. disp. 27. q. 1. Petr. de Soto lect. 3. de matr. §. primum. Petr. de Ledesm. 9. 4. art. 4. dub. 1. §. in hac difficult. Petr. Gregor. lib. 9. Syntagma. c. 5. n. 5. Basil. Ponce. lib. 2. de matr. c. 5. n. 5.

Ceterum eti prædicta sententia tenenda, & consulenda sit, opposita tamen probabilitate non caret, ut immensum Petr. de Ledesm. & Basil. consenserit. Satis enim est quod cam repurauerint probabilem Victor in sum. num. 252. & alii quo referunt Petr. de Ledesm. canticum expolsi tenuerine Martin. de Ledesm. 2. p. 4. 9. 47. art. 4. Sanch. lib. 1. de matr. disp. 11. num. 5. Gaspar Hurtado disp. 3. difficult. 9. in fine. num. 35. Gutier. de matr. c. 46. n. 14. & alij. Præterea quod nou est ratione probabili, ut videbimus delicta.

Vt igitur certa ab incertis separemus, assendum est, si fidem contrahas matrimonium, & tui ficti consensus indicia præbeas, quibus prudenter præsumi potest coniugis fictionem cognouiisse, eo casu obligandus non es contrahere, ut recte adiurit Sanch. dicta disp. 11. n. 8. & conseruit Basil. dicta c. 5. num. 5. & 8. quia tunc cessat fictio, & deceptio, vt potè a coniuge cogita, neque eo posito tu coniugem decipis, sed ipsa se decipit. Ex eo autem quod disparis conditionis existas, eti Thom. Sanch. d. disp. 11. num. 8. censetur esse sufficiens indicium, ut coniugis præsumere possit fictionem in consensu adesse, oppositus longè verius existimo. Cum enim sepe viri nobilis cum ignobilibus, diuites cum pauperibus caco amore ducti copulentur, quare coniux ignobilis, vel pauper prudenter præsumere non poterit id ipsum secum conningere? Alijs si dispat inter contrahentes conditionis signum fictionis esset, semper matrimonium contractum inter dispares esset, ut nullum indicandum, vt potè cui deficit verius consensus, quod falsissimum est.

Secundo dico ratione damni, quod semper infertur coniugi ex prædicta fictione, quodque alia quam contrahendo matrimonium reparari non potest, obligatus es contrahere, sic docet expolsi Thom. Sanch. dicta disp. 11. n. 8. Et conuinctor ratione ultima pro prima sententia allata. Quippe regulariter coniux patiens in fama detrimentum, ob cuius causam alteri nubere non poterit. Neque id permitetur ab Ecclesia, eo quod censetur matrimonium legitimè contractum esse, ut probatum est.

Secundus his, & similibus damnis ex vi contractus non videtur improbabile te obligatum non esse ad dequò contra-

hendum. Fateor namque te obligatum esse, tum ex fidelitate, tum ex iustitia cum contrabis, verè contrahere, peccatum, mortaliter in re tam gravi ea deceptione videntem, quod locum probant fundamenta num. 1. adducta. Nego tamen ex ea fictione seclusis damnis aliquam tibi subesse satisfaciendi, & denouo contrahendi obligationem, siquidem neque reines, neque acceptasti traditionem coniugis, sed per se sequi ipsa libera est, ac si nulus contractus factus esset. Ex quo ergo capite præter damnum illatum obligari potes ad contrahendum? certè ex nullo; alias si solùm ex vi contractus nascetur obligatio tollendi deceptionem, & verium consensum praestandi, qui Religionem fidè prosteretur obligatus esset verè, & ex animo profiteri, quod communiter Doctores negant apud Nauar. in c. statuum. 19. q. 3. n. 73. Sotum lib. 7. in istis. q. 1. art. 2. vers. an vere. Angles Florib. 2. p. q. 1. de voto art. 1. difficult. 4. Henr. lib. 11. de matr. cap. 11. num. 3. in fine. Aragon. 2. 1. q. 88. art. 1. initio. Man. 2. 1. sum. c. 92. num. 5. & di- ximus tract. 16. de statu religioſo, vbi de ratificatione professio- pis irrita.

Posito te obligatum esse saltem ex damno coniugi illato ad verum consensum praestandum, super recte dicendum qualiter illum præstare debeas? Neque dubium esse debet te obligatum esse exterius consensum internum manifestare alteri coniugi, alias matrimonium, quod sensibile signum est non perficeretur, ut recte adiuris Sanch. lib. 2. disp. 32. num. 11. adiurit Coninch. disp. 24. dub. 10. n. 9. Basil. Ponce. lib. 4. c. 24. n. 3. & 8. Gaspar Hurtado disp. 3. difficult. 9. num. 31. Difficultas in eo tantum versatur, an cum denouo consentis, & fictionem tollis, debeat alter coniux qui ex animo consentit denouo consentire, vel sufficiat prædictus consensus præteritus moraliter permittens? Affirmant illum consensum præteritus sufficiens esse Hoffensi. in c. dilectionis de Sponsalib. verb. contrario. Ioan. Andr. ibi. num. 7. Ancharran. num. 3. Alexand. de Neuo; n. 18. Sylvest. verb. Matrimonium. 8. q. 2. dicto 6. Nauar. sum. c. 22. num. 80. Sanch. lib. 1. disp. 32. num. 9. Coninch. disp. 24. dub. 10. num. 55. & 90. Mouentur, quia ad matrimonium opus non est, ut virtusque consensus actualiter exista, sufficiat illius moralis existentia, sicut in aliis contractibus: coniux qui verè consensit, censetur in suo consensu moraliter persistere, siquidem se ut verum coniugem trahat, ergo cum tu deinceps consentis aponis quidquid matrimonio deficiebat. Nihil ergo amplius petendum est. Hinc insit Sanch. non est tibi opus certiorum coniugem facere de nullitate matrimonii, quia haec notitia solum desiderari poterat, ut ipsa renouaret consensum.

Ceterum longè verius existimo virtusque consensum renouandum esse. Mouentur: quia consensus coniugis ex animo consentientis non perfuerat moraliter, eo quod tanum consenserit tacitè, vel expressè quoniam tu verè, vel ficte consensum praestiteris, eo enim præstio consensu, & matrimonio apparenter celebrato, cessat illius consensus, neque ultra censetur progerari. Nam esto postmodum te ut coniugem trahat, non est tibi primus consensus perfuerat, sed quia perfuerat in eius opinione ius ex primo consensu præterito acquitum. Quod manifestè convincur, nam eti coniuges verum consensum præstantes, postmodum contracto matrimonio dissidence eorum dissensus in offici quoniam le ut coniuges trahant, ergo ille trahatus non est signum, neque effectus actualis consensus, sed præteritus. Sed concessio gratis alterum coniugem in priori consensu perfuerat, ille prior consensus nunquam recte matrimonium constituerat, quia ille consensus nullus fuit, eo quod fuerit acceptatio tui corporis abloqua voluntate trahi, & sui tradicio, quam tu non acceptasti. Et inde processus ex errori persona, quam esse habemus, punit, cum tamen iure naturæ ob defectum voluntatis inhabilit existerit. Nunquam ergo talis consensus quanquamque perfueret matrimonium constitutere potest. Quid enim a principio nullum est tractu temporis non coniugale scit. Ergo necessarium est, ut simul cum tuo consensu nouiter præstito alter denouo consentias, alia nunquam matrimonium, quod ex virtusque coniugis consensu coalescit perfici poteris. Auctoritate docent Felim. cap. ex parte de Re script. num. 11. ampliat. a. Palacio. in 4. d. 2. 7. disp. 1. post præc. Bartholom. a. Ledesm. de matr. dub. 1. 9. Lessius lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 16. in fine. Basil. Ponce. lib. 4. cap. 2. 4. num. 2. Paul. Comitol. lib. 1. respons. moral. quod. 12. o. vbi referrit sic Clementem VIII. declarasse. Gaspar Hurtado disp. 3. de matrim. difficult. 9. num. 31. Hinc inferendum est corollarium oppositum ei, quod prior sententia invuln. felicis opus esse coniugem certiorum facere de nullitate matrimonii, ut sic possit nouum præstare consensum; alia semper censetur priori consensui perfiserit, operariq; ex presumptione illius valore, ut latius §. sequenti dicemus, & iudicent Lessius, Basil. Sanch. & alij Doctores locis allegatis.

§. II

§. II.

Qualiter revalidandum sit matrimonium nullum ob impedimentum dicitur?

- 1 Sublatu impedimento virtusque consensus revalidandas est.
- 2 Plures censem non esse opus virumque coniugem fieri consensu nullitatis matrimonij.
- 3 Verius est fieri certorem debere.
- 4 Excipe, nisi gravissima inconvenientia timeantur.

Sublatu impedimento certum esse debet utriusque consensus. Si sum revalidandum esse, nam cum viriusque consensus fuerit acceptatio, & traditio personae inhabilis, nequit ex illis matrimonium coalefcere, debet ergo uterque renouari. Neque vila ratio est quare magis viuis consensus, quam alterius renouandum sit, cum uterque fuerit circa personam illegitimum; ideoque viriusque coniugis consensum renouandum esse docuerunt pro certo Glossa in cap. non debet, verbo de casu, per Texum ibi de consanguinitate. & affinitate. Conuar. 4. decret. 2. part. cap. 4. in prime. num. 5. Nauarr. cap. 22. num. 4. 7. & 80. Sarmiento lib. 6. foli. 6. interpretat. cap. 27. in fine. Matienzo lib. 5. recopil. Rub. tit. 1. gloss. 1. num. 6. Sanch. alis relatis lib. 2. disp. 3. num. 2. & seqq. Gutierrez de matrim. cap. 47. num. 3. Coninch. disp. 24. dub. 10. num. 90. Basili. Ponce, lib. 4. cap. 24. n. 2. & 29. Galpar Hurtado disp. 3. de matrim. difficult. 9. per niam. Hoc posito,

Controvergia veritatibus, An uterque debeat fieri consensu nullitate matrimonij, vel utrum si impedimentum sublatum esse, ut intelligantur coniuges denuo consentire si se ut coniuges tractent? Prima sententia negat esse necessarium, sed latet si ab altero coniuge petas, ut in coniugem recipiat ipsique annuat, & cum eo affectu ad illam accedas, uti docuit Caetan. t. 1. opuscul. tract. 12. de matrim. quest. 2. & in sum. vobis Matrimonium sit, contractus matrimonij potest redi ex septem capitibus viis. Sors in 4. 3. disp. 28. qu. 1. art. 2. cond. 2. & 1. & praecepit disp. 29. quest. 2. art. 1. dub. vlt. Cordub. qib. 1. quib. 11. art. 2. dicto 1. & sum. quest. 1. obin. 1. Petr. de Ledein. de matr. quest. 4. 5. art. 3. dub. vlt. 5. sed dubium est. Henriquez. t. 1. de matrim. cap. 3. num. 6. Man. Rodriguez. lib. 1. num. cap. 22. num. 2. in secunda edit. & plures ex iis Doctoribus id assertunt, eto coniux ignorans nullitatis matrimonij non esset consensus si veritatem agnoscet, quia de facto consentit. Mouentur, qui sublatu impedimento luna ha. personae habiles ad contrahendum, ergo si de facto consentiant, consensus est legitimus. Et explicari potest, si iij coniuges sponte contrafiant, & sublatu impedimento copulam haberent, coelestere matrimonium illis in locis, in quibus Trident. non viget, consummari. Ergo copula signum est sufficiens consensus ad constitutendum matrimonium requiritur.

Seconda sententia longe probabilior postulat virumque coniugem fieri certorem aliquo modo nullitatem matrimonij, uti confitum consensum legitimum prestat, quam docuerunt plures Doctores, quos referat, & legitur Sanch. lib. 2. disp. 36. num. 3. Gutierrez cap. 47. a numero 6. Basili. Ponce, lib. 4. cap. 25. a numero 2. Coninch. disp. 24. dub. 10. a numero 60. Galpar Hurtado disp. 3. diffic. 10. a numero 37. Paul. Comitol. lib. 1. respon. moral. quest. 1. 20. & alii. Ratio ea est, quia consensus necessarij requisitus ad matrimonium denudum constituentum procedere debet ex intentione efficiendi matrimonij: at credens matrimonium factum esse, ita ut de illius nullitate nullum dubium, aut suspicionem habeat, credit matrimonium denuo celebrare sibi esse impossibile: Ergo nequit consensum elicere sufficientem pro matrimonij confirmatione. Quare icto coniuges habiles sunt, & icti coniuges tractent, id procedet ex presumptione, quam habent de valore matrimonij, & de iure ob illud acquisito, non tamen ex intentione denuo contrahendi, quod necessarium erat ad matrimonium ratificandum. Verum si coniux suspicionem aliquam habeat matrimonium esse nullum, et stante serio potest velle contrahere denuo, casu quo matrimonium nullum sit, hanc enim voluntatem conditionaliter optime imperare potest suspicione nullitatis.

Quod si gravis inconvenientia timeantur, si coniugi nullitatis matrimonij suspicione ingeratur, ut frequenter timeri possunt, si ex parte feminina impedimentum fuerit appositum, non videatur improbable posse priorem opinionem eo casu sustineti. Nam esto hoc pericolo sceluso tutu non sit, at hoc pericolo posito probabilis censer potest, vt docet Sanch. & Gutierrez. loc. alleg. Sunt enim aliqua licita in casu urgentis necessitatis, quae ea scelus non licet. Non enim licet (clausa necessitate ob sola signa contritionis exhibita) penitentem absolvere, quod tamen licitum est in articulo mortis. Neque item licet in sola manu puerum communiter baptizare, benè tamen in parte periclitetur. Sic in presenti dicendum videtur.

§. III.

An matrimonium coram Parocho, & testibus celebratum, inualidum tamen ob occultum impedimentum sit iterum coram Parocho, & testibus celebrandum?

- 1 Proponitur ratio dubitandi ex decreto Concilij Trident.
- 2 Satis probabile est decretum predictum Concilij Trident. non extendi ad hunc casum.
- 3 Debet esse impedimentum omnino occultum, & qualiter intelligatur?
- 4 Ego Parochus, vel aliquis ex testibus necessariis impedimentum agnoscat, non videatur improbabile opus non esse coram Parocho, & testibus iterum contrahere.
- 5 Fides suis fundamentis num. 1. adducta.
- 6 Quis possit in predicto impedimento dispensare? Respondetur remissione.

Ratio dubitandi sumitur ex decreto Concilij sess. 24. cap. 1. de reformat. maritim. ibi enim statuitur, ut quoties matrimonium contrahendum sit coram Parocho, & duobus vel tribus testibus contrahatur, alias irritum sit, & nullum. At Parochus, & testes assistentes matrimonio, quod ob aliquod impedimentum nullum existit, verò & propriè non astierunt, quia matrimonium sub aliquo impedimento diximenter contractum matrimonium non est. Ergo si Parochi, & testibus praesenti matrimonio contrahendo requiritur, necessarij requisita videatur cum matrimonium nullum ratificatur, quia eo tempore, & non ante matrimonium contiahitur; quippe forma intervenire debet, cum actus producitur in suo esse, ut comprobaret Baldus in leg. obseruari §. fin. num. 5. de officio Proconsuli. Atque ita tradunt loquentes de omni matrimonio nullo, quod renouandum est Paul. Comitol. lib. 1. respon. moral. quest. 120. Basili. Ponce, lib. 5. cap. 6. referuntque Clementem VIII de hac re confutant qualiter matrimonium ex defectu consensus feminæ nulliter celebratum renouandum est. respondit esse necessarium nouum consensum viriusque coram Parocho & testibus, admonito prius marito de matrimonij nullitate. Sed ad evitandum scandalum Sanctitatem lib. 1. de secretis inter lectorum tantum renouato consensu cum legitimacione prolis. Idem decimus fuit in Rota teste Farinac. decis. 265. Specialiter autem quando matrimonium nullum fuit ob impedimentum virumque coniugem afficiens esse coram Parocho, & testibus revalidandum docuerunt Nauarr. lib. 4. consil. tit. 1. de sponsal. cons. 1. alias tit. de dispensatione impuber. consil. 1. Palacius in 4. a. 27. quest. fol. 566. in fine. Matienzo in leg. 1. tit. 1. gloss. 1. numero 3. lib. 5. noua collect. Bartholom. à Ledein. de matrim. dub. 17. fol. 127. Gutierrez. lib. 1. canon. qq. cap. 18. per totum, & tract. de iuram. confirmat. 1. part. cap. 1. num. 22. & seqq. & tract. de matrim. cap. 47. a. num. 5. Mouentur, qui in diplomate Craciata conceditur Commissionario facultas dispensandi in matrimonio nullo ob occultum impedimentum, ne postmodum coram Parocho, & testibus celebretur. Ergo seclusa dispensatione, & Pontificis commissione id fieri non poterat, alias privilegium frustra esset. Deinde in dispensationibus concessis ad revalidandam matrimonium proper occultum impedimentum hæc clausula apponitur, si ita est cum eis, ut inter se publice, & seruata forma Concilij Trident. contrahantur, dispensare. Supponit ergo Pontifex aliter matrimonium revalidandi non posse.

Ceterum esti predicta sententia quod fieri possit seruanda sit, ne coniuges de nullitate matrimonij serupulum habent, at quia ex eius rigida observatione plura incommoda oris possunt, censu satis probabile esse, & in conscientia sectum. Concilij Tridentini decretum non extendi ad eum casum, in quo matrimonium coram Parocho & testibus celebratum, nullum tamen ob occultum impedimentum renouandum est. Et quidem quando matrimonium fuit nullum ob impedimentum ex parte tantum viri ex contrahentibus, eo quod fuit, vel meo coactus consenserit, non esse opus coram Parocho, & testibus revalidari affirmarunt Nauarr. capite 22. numero 70. Henriquez lib. 11. capite 3. numero 7. Rodrig. t. 1. sum. cap. 208. num. 7. Riccius in decis. curia archiepiscop. Neapolit. decis. 98. & in praxi fort. Ecclesiast. decis. 246. in 1. edit. Sanch. lib. 2. disp. 12. num. 13. Reginald. lib. 1. num. 18. ad finem. Gutierrez. de matrim. cap. 46. num. 5. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. par. 4. cap. vlt. Bonac. de matrim. quest. 2. pun. 9. num. 4. Rebello obligat. usq. 2. part. lib. 2. quest. 9. numero 5. Pellegrini. cap. 20. num. 2. 5. August. Barbosa de potest. Epis. 2. part. alleg. 3. n. 157. Coninch. disp. 24. dub. 10. num. 82. Galpar Hurtado disp. 3. de matrim. difficult. 11. Generaliter vero, & indistincte quoties matrimonium ex aliquo impedimento occulto nullum coram Parocho, & testibus celebratum fuit, non indigere solemnitate a Concilio requita ad sui revalidationem firmarunt Francisci. Leo in thesaur. fori Ecclesiast. 2. part. cap. 9.

*exp. 9. num. 8. 4. Nauarr. conf. 1. & 32. de sponsalib. in noua edit. Petr. de Ledeim. de matr. quæst. 4. art. 5. et cetera. ante vii. num. dubium. Sanchi. Bonac. Reginac. Coninch. Gaspar Hurtado. Barboſa loc. alleg. testanturque plures ex iis Doctoribus, videlicet Nauarr. Sanchi. Petrus de Ledeim, Coninch. Hurtado. Pium V. sic declarasse, & sacrae penitentiarie prætorium ea declaratione frequenter vti. Rationem huius conclusionis, quando impedimentum se tener ex parte vnius tantum, affert plures ex dicitis Doctoribus esse, quia Conc. Trident. formulæ obligat ad præsentiam Parochi, & testibus apponendam matrimonio celebrato: at in præsenti non matrimonio celebratur, sed eiu defecus suppletur sublatu metu, vel fictio. Hæc tamen ratio mihi displicet. Nam ut ex superioribus constat, matrimonium quod nullum fuit ex impedimento se tenente ex parte vnius, consensu viriisque est renouandum, ac proinde cum de facto renouari non solum matrimonij defectus suppletur, sed verum matrimonium fit. Quare ratio vniuersa conclusionis ea est, quia finis Conc. Trident. *eff. 24. cap. 1. de reformat. statutis*, non matrimonia sine Parochio & testibus celebrantur sunt impedita valorem matrimonij, quod antiquo iure clandestinum erat, & ex quo sequi poterat illud gravissimum inconveniens, quod coniuges ad alias nuptias transirent, vt constat ex processio predicti decreti. At occulto impedimento ligatus contrahens matrimonium in facie Ecclesie, nunquam prohibitus fuit cogniti nullitate secreto matrimonium renouare, neque illud matrimonium sic realitatem iudicatum fuit clandestinum, neque ex illo oritur poterant inconvenientia, quæ à Concilio ponderantur. Ergo hoc matrimonium sub prædicto decreto comprehensum non fuit, ac proinde tanquam casus omisus metiri debet juris communis regulis. Et confirmatur, quia solam illud matrimonium censendum est clandestinum, quod Ecclesia clandestinum reputat. At matrimonium coram Parochio & testibus celebratum, nullum tamen ob occultum impedimentum, quo d postmodum secretè realitatum, nunquam Ecclesia illud iudicat, nec iudicare potest clandestinum esse, sed æquè iudicat illud legitimum; ac quodlibet aliud matrimonium. Ergo hoc matrimonium in prædicto decreto Concilij non irritatur.*

*3. Notanter dixi impedimento occulto: nam si publicum est, eo quod multi impedimenta scient, vel ad forum contentio sum sit deductum, vel saltem sit impedimentum, quod plenè probari potest duobus in quaestibus iuxta c. quovis de Testibus, teste Malcard. de probat. conclus. 4. 10. num. 19. iunctio num. 9. qui testes debent esse omni exceptione maiores, vt docet idem Malcard. consl. 1. 02. 3. num. 4. necessarium realitandum est matrimonium coram Parochio, & testibus: nam cum hoc matrimonium ad petitionem vnius partis dissoluui possit, non constat Ecclesia firmiter de eius valore, ac proinde vt Ecclesia sic constiteret, vt nullà ratione illud valeat dissoluere, necesse est iterum coram Parochio, & testibus renouari, vt bene adiuvant Henr. lib. II. cap. 3. num. 6. Sanch. lib. 2. disputat. 37. num. 11. Coninch. disputat. 24. dub. 10. num. 8. 4. Rebell. lib. 2. quæst. 9. Gaspar Hurtado dis. 3. difficult. 1. num. 4. 3. Non tamen dicendum est impedimento esse publicum, cum tres vel quatuor scient impedimentum solum ex relatione coniugis, quia eorum scientia non praestat sufficientem testimoniū ad matrimonij dissolutionem, cum non sit maioris efficacitatis, quam s' alii, & confessio ipsius coniugis, vt bene notarunt Sanch. & Henr. *sprā.* Qui idem constent & bene si impedimentum sit deductum ad forum contentio sum, & ibi non fuit probatum, nec probari plenè potest, quia in iis casibus Ecclesia iudicat, & iudicare semper debet validum esse matrimonium, nec permitteret coniuges separari.*

4. Preterea inquit Sanch. dicta disputat. 37. num. 10. si Parochus, vel aliquis ex testibus matrimonio necessariis impedimentum agnoverint, matrimonium coram Parochio, & testibus revalidandum esse, quia Ecclesia non plene constat de eius valore. Nam in tantum constat Ecclesia matrimonium validum esse, quatenus constat Parochio & testibus necessariis, qui nomine Ecclesia matrimonio contrahendo assunt. Excipit eamen Sanch. nisi Parochus ex sola confessione impedimentum nouisset, quia cum non possit eā vt notitia ad testificandum, & probandum impedimentum, reparanda est ac si non esset. Sed rectius contrarium confer Coninch. dicta disputat. 24. dub. 10. num. 8. 4. eo quod Parochus & testes non sunt testes valoris matrimonij, sed contractus matrimonij secundum formam ab Ecclesia prescriptam, quod optimè præstant, tametsi aliquis eorum agnoscat impedimentum dirimens subesse. Non enim ex vi illius scientia, & testimonio matrimonij contractum dissoluere potest, ac proinde semper Ecclesia constabit firmiter validum esse matrimonium.

5. Restat satisfacere rationibus oppositis. Ratio dubitandi ex probatione nostræ sententiae soluta est; dicimus namque hunc casum non esse comprehendens sub dicto Tridentini decreto, eo quod nec ratio, nec finis illius legis ad renouationem matrimonij in facie Ecclesie legitime celebrati ex-

tenditur, & consequenter neque ipsa lex. Declarationi Clementis VIII. opponimus declarationi Pij V. ita graibus testibus firmatam. Deinde dicimus in illo casu, sicut in decisione Roræ adducta à Farinacis necessarium erat coram Parochio & testibus renouari matrimonium, quia impedimentum erat admensus probabile, & ex consequenti matrimonium, neque etiam quoad apparentiam subfitebat, vel dic esse necessarium viriisque coniugis confessum coram Parochio & testibus renouari non absolutè, sed al omnem securitatem præstandam, scrupulōsque tollendam. Tandem illa declaratio esto de impedimento omnino occulto, neque probabili, & de necessitate simpliciter loqueretur, esseque authenticæ; non obinde nos cogit illam sequi, quia vim legis non habet, ut pote cui deficit publicatio, sed intra terminos sententiaz cuiusdam grauis Authoris continetur. Privilegio Commissarii generalis Cruciatæ respondemus sapè privilégia concedi, non quia sunt simpliciter necessaria, sed ad tollendam omnem dubitationem. Præterea forte extenditur, ut inquit Coninch. d. dis. 24. dub. 10. num. 90. ad impedimentum occultum cito probabile sit, modò publicum de facto non sit. Ad clausulam, quæ referunt ex facta penitentia responderet Sanch. dicta disputat. 37. num. 9. cito virtute illius commissionis dispensare Confessarius non posse, vt occulè celebretur matrimonium, potest tamen dispensare in impedimento, quo sublate possunt coniuges inter se secretè contrahere, quia ipsi non videntur, obligati ad prædictam formam feruandam, si alia necessaria non est. Addere illa veila feruata formâ Concilij Trident. apponi non in vi conditions, sed in vi monitions, hoc est monetur Confessarius, vt coniugibus præcipiat, vt matrimonium feruatur Trident. formâ celebrent, si id necessarium esse iudicauerit. Non enim videat Pontifice & veilla nouum onus his contrahentibus imponere, sed illos monere de onere à Trident. imposito, si forte illud subire teneantur.

Quis autem in prædicto impedimento occulto dispenseat possit, vt coniuges secretè contrahantur? per se solus est sumus Pontifex: in eas tamen virgines necessariis, eo quod non sit recursum ad Pontificem, vel ad aliquem qui vices Pontificis habeat, poterit Episcopus, & Legatus à latere, ut hanc dicimus in fine disputationis sequentia.

DISPUTATIO IV.

De matrimonij impedimentis, eorumque dispensatione.

 *Onstat ex Conc. Trident. eff. 24. cap. 4. esse in Ecclesia ob bonum commune, regianque sacramentum matrimonij administrationem, aliqua impedimenta impeditia contrahentur; hoc est quæ impeditum, seu prohibent ne contrahantur, ac si de facto fuerit contractum ratum, & firmum restringunt. Alia appellantur dirimenti, non quia matrimonium validum dirimunt (hoc enim est impossibile) sed quia dirimunt attenuatum impedimentum quæ ne ratum fiat.*

PVNCTVM I.

Penes quem sit potestas statuendi impedimenta, tum impenientia, tum dirimentia?

1. Pontifici concessa est hac potestas.
2. Alteri à Pontifice datum non est matrimonij impedimenta fidelibus statuere.
3. Magistratus ciuiles Christiani nequeunt circa matrimonia fidelium disponere.
4. Optima possunt circa matrimonia infidelium sibi subiurare.
5. Consuetudine mutari, vel constitui impedimenta possunt.

Neminis Catholicorum dubium esse potest penes Pontificem comparatione fidelium potestatem esse statuendi ea impenientia tum impenientia, tum dirimentia, quæ bono communis Ecclesia rectèque illius gubernacioni expedire iudicauerit, vt constat ex Conc. Trident. eff. 24. cap. 4. ibi. Si quis dixerit Ecclesiam non posse constitutre impedimenta matrimonium dirimentia, vel in iis constitutis errare, anathema sit. Neque ex hac potestate inferitur posse Ecclesiam matrari, vel formare matrimonij, quas Christus Dominus in Sacramentum eleuavit, aliqua ex parte murare (id enim permisum non est.) Etenim materia & forma Sacramenti matrimonij non est quilibet contractus, sed contractus qui ab Ecclesia validus, & firmus fuerit habitus, non tamen contractus